

ODEporicon idest Itinerariũ Reuerendissimi in Christo patris & Dñi. D. Mathei Sancti Angeli Cardinalis Gurcensis coadiutoris Saltzburgeñ. Generalisq; Imperii locumtenẽtis, Quæq; in conuentu Maximiliani Cæs. Aug. Sereniss. q; regũ Vladislai SIgismundi ac Ludouici, memoratu digna gesta sunt per Riccardum Bartholinũ perusinum ædita.

Cum Gratia & priuilegio



IOANNES DANTISCVS. AD LECTOREM.

Quantum res ueræ fictis præſtare uidentur,
Hoc recto doctum tramite pandit opus.
Non hic Crætenſis Iouis incunabula, non hic
Quæ ſunt de ſuperis plurima ficta leges.
Figmenta Poetarũ. Semicapros Faunos, Satyroſq; fuiſſe bicornes
Quis credit? uel tot turpia monſtra Deum.
Non raptum Stygii Prædonis, Apollinis ignes
In Daphnem, Martis nec Veneriſq; thorum
Non Diomedis equos, non illum Græcia mendax
Quem fert Troianas fraude ſubiſſe fores.
Hicq; nec inuenies perplexa Enigmata Sphingos,
Nec quæ de nihilo fabula longa datur.
Cæſar. Hiſtoriam nuper conuentus at iſte probatam
Reges. Cæſaris & Regum fecit in orbe trium.
Anna Imperatrix. Vidimus hic ANNAM, qua totus nil habet orbis
Pulchrius, Hunniaci eſt hæc decus una ſoli.
Hanc ſibi, uel charo conſeruat forte nepoti
Cæſar, & eſt magno digna puella Ioue.
Maria Regina Hungariæ. Vidimus & MARIAM, pulchris æquanda deabus,
Eſt ſiquidem, & primas inter habenda deas.
Cæſaris hæc Neptis, Regi Regina futura eſt,
Annis qui in teneris iam duo regna tenet.
Vidimus Heroas ſacros, Proceres q;, Duceſq;,
Clarorum paſſimq; agmina multa uirum.
Tot gemmas, torques, phaleras, radiantiaq; arma,
Tot mores, habitus, ingeniiq; uices.

Tot ludos etiam, spectacula pulchra, Triumphos
Et quæ non ætas uiderat ulla prius.
Cuncta ut conspexit Riccardus scripsit ad unguem, Riccard9 Bartholinus.
Delitium certe posteritatis erit.
Seu stricto incedit Vates pede, siue soluto
Orator, nemo cultior esse potest.
Hoc iter ut duxit Princeps Gurcensis ab urbe Cardinalis Gurceñ
Augusta, uideas, gestaq; cuncta lege.
Tunc primum dices uiuas, pater inclyte, uiuas,
Cardinei specimen uiue decusq; chori.
Et merito laudes uni huic sunt undiq; dandæ,
Omnis nam fuerat fons & origo boni.
Solus hic inflexit sensus, Regumq; potentum
Pectora, multorum cordaq; dura uirum.
Christicolis solus diuino numine fultus,
In terris pacem post fera bella dedit.
Huic ætas debet præsens, & postera multum,
Tempore quod paruo commoda magna tulit.
Per quæ nunc noster recte componitur orbis,
Ex omni cedit parteq; Martis amor.
Et crucis infidos propere ducetur in hostes.
Qui, Iouis hinc quid sint, experientur, Aues. Aquilæ.
Fœderis hic formam nosces, pactosq; hymenæos
Cunctaq; conuentus istius acta scies.
Nil sinit intactum ueri quod res habet in se
Ante oculos plane singula gesta locat.
Res scitu digna est, nec enim reor esse, potest nec
In toto quicquam gratius orbe legi.

Reuerendissimo in Christo patri & Dño D. Bernardo Sanctæ Mariæ in porticu Diacono Cardinali, Dño ac benefactori Colendissimo, Riccardus Bartho/linus Mancipium, felicitatẽ optat.

ANCEPS eram Reuerendissime D. Cui mearum lu/cubrationũ munus dedicarẽ, sed cum Reuerẽdissimus Gurcensis numẽ meũ, & tuæ Reuerẽdissimæ D. amã tissim9, pomeridianus cœnaret, atq; diuinas tui laudes uberrime extolleret, in quasuolẽs inciderat, & inuitus ab iis retrahi uidebatur, arbitratus sũ, et illi, si hæc sub auspicio tuo æderent, gratissimũ fore, & tibi, quẽ glo ria rerꝝ, ab ipso prudenter, feliciterq; gestarũ, sũmope lætari puto, non iniucundũ. Accipe igit Reuerendis. Gurceñ. Odeporicon, ac Maximiliani Cæsaris semp Augusti Triũq; potẽtissimorꝝ regũ VLadislai, SIGis/mundi, Ludouici, cõuentũ memorabilẽ, rerumq; ma/gnarũ seriẽ, ita breuiter a me exaratã, ut nec dispẽdiũ operis fastidire possit, nec noscẽdi cupidos dãnosa offẽ dat cõcinnitas. At in quædã diuerti, quæ si auribus tu/is digna uidebunt, de reliquis quoq; benemerit9 existi mari potero. Illud aũt mihi suauissimũ erit, Te in hoc libello, in quem nihil perperã, nisi fallor, cõgessi, reper turꝝ esse, Quãta scilicet Reuerẽdis. Gurceñ. industria prudentia, animiq; excellẽtia extiterit. Quotq; is etiã cum terra, tũ aquis labores exanclauerit, quoties æstu arit, alseritq;, ut tãti Impatoris, tot regũ fœdus, affini tatesq; cõiungeret. Quæ quidẽ & si ꝓpter rerꝝ magni tudinẽ prius ægre credebant, nũc, cum tuo cõsecrata nomini, prodeant, puto & æuo nostro, & apud poste/ros, cũ sincære a me scripta sint, fide oĩno nõ caritura.

LIBER PRIMVS.

ONſultum mihi fuiſſet ſatis ex ſententia, ſi ea, quæ obiter, atq; ſubciſiuis (ut aiunt) horis collegi, tam præcoci fœtura minime prodiiſſent. Optabam enim, ut cum primum meorum tem porum anguſtiis paulo laxius ſpatium datum fuiſſet, Id enim tãtæ rei magnitudo, quã uix animo cõplector, expoſcere uidebatur, & urbaniora & ampliora efficere. Verum cũ inquies ſit animus, & ponderis tanti impos, malui hæc breuiter, atq; cõciſe, potiuſq̃, quod ſtilo facundiore aſſequi cum laude non poſſem, in lucem dari. Nam qs Cardinalis Gurcenſis labores, induſtriã atq; animi magnitudinem merito proſequetur? Quis MAXIMILIANI Imperatoris, pii, felicis, triũq; potentiſſimorum Regum, Ducum, ac PrinciPum uiroꝝ conuentũ, ſatis feliciter mandabit poſteritati? & quoniam a remotis recedendi conſiliũ eſt, hinc auſpicabor VLADISLAVS Pannonum Rex cum ſibi non ſolũ beneuolentia, ſed etiã affinitate Cæſarem cõiunxiſſet reliquum erat, ut nõ ſolum hæc Cæſaris præſentia cõ firmarentur, ſed etiam fratris SIGISMVNDI Sarmatiæ Regis, in quem Cæſar hoſtilem animum iam præſe tulerat, partes mitiores fierent, Is ergo cũ Cæſarem demulſiſſet, atq; in ſuam quodãmodo traxiſſet ſentẽtiam, fratri ſignificauit, q̃ primũ in Pannoniam ut illic de rebus ſuis cum Cæſare ſermonem haberet, proficiſceretur. fore autẽ ſperabat ut & CAESAR ueniret, & firmiſſima in poſterum inter eos amicitia, abolitis, ſi q̃ prius minus grata interceſſerant, oriretur

Hoc cum a fratre SIGISMVNDVS Rex(Vilnæ quæ Lituaniæ, uastæ(ut aiunt) prouintiæ metropolis est, morabatur)accepisset: Cracouiã uersus, oppidũ ad Vistulam eũdi, consiliũ cœpit, quanq̃ nonnulli erãt qui, ne id faceret, disuaderent. arbitrantes(quod etiã Mathematici quidã prædixerant)Cæsarem uel nunq̃ uel ad longum tempus uisurum. Cumq; hinc inde sententiæ proferrentur, Magnanimus Rex sic dixisse fertur. Quo nos cumq; uocat fortuna Deusq; sequamur. Nam Cæsarem uidere omnino decretum est. Nec mora ex Sarmatia Pannoniã uersus iter, de quo alibi scriptum est, cœpit. Id quod cum Cæsar intellexisset, Reuerendissimũ Cardinalem Gurcensem, ipse enim magnis negociis, quo minus iret, retinebatur. ut Reges in Pannonia conueniret, atq; cum iis ut plane sibi mandauerat decerneret, destinauit. Simulq; ei sex præstantissimos uiros adiunxit, MARquardum præpositum Bambergensem, Vuilhelmum de Rogendorff. LAutentium uicedominum Austriæ, IOannem Marescam CVspinianum Doctorẽ. Gabrielem Vogt, qui quidẽ, si quippiam, quo Gurceñ minime ut illuc proficiscere tur, obstaret, nihilominus solertiore quo possent cura apud Reges negocium tractarẽt. Iis itaq; rebus apud Cæsarem compositis Gurcensis Augustam, ut inde p Lycum, ac Danubium, postea in Pannoniã nauigaret, profectus est.

TERTIO IDVS FEBRVARII AVGVSTA Vindelicorũ discessimus, primaq; noctis, ut aiunt, face Sanctum Leonardũ Bauariæ, multi nominis pagũ, uenimus, postero die satis mane ecclesiã ingressi sum⁹ ubi cũ multa cathenarũ genera, pedicas, manicasq;, ac ferreas imagines contemplarer, admiratus æditiuum, num illic fatui cathenis uincirent, interrogaui, minime inquit, sed Diui Leonardi, cui tẽplum dicatum est, Numẽ esse, Cui uincti cathenis uotũ faciunt, liberati psoluũt relictis erumnarũ monimẽtis posteritati. Inde Neoburghum, uento, pluuiaq; lacessiti petiuimus, obuiã præstãtissimi adolescentes duo Roberti Comitis Palatini filii, uenerunt. Equi cũ ad hospicia diuertissẽt Nos oẽs una in arcẽ recepti sumus, ubi & cœnauimus, & prãdimus laute. Adolescentulorũ qui maior natu est, alteri Othosiderico nomen est, alteri Philippo. sed ut maior facundior, alacriorq;, ita minor, quod ĩmatura fortasse ætas facit, parcior in loquendo, remissiorq; uidet̃, tñ uterq; indolis egregiæ, & q etiã si nõ noscerent̃ principũ filii uideri possint, addo eis nõ uulgarẽ educatorũ curã iniunctã. Quanto enĩ fidelissimus quisq; auo parentiq; in pace, belloq; fuit, tanto eorundẽ recordatiõe uenustissimis adolescẽtibus impẽsius fideliusq; & incumbit, & consulit. Itaq; cum iã dies diluculasceret. Qui seruitia habebãt naui una cũ Gurcensi per Danubiũ uecti sunt, reliqui in equis, terrestri itinere Ingolstadium, Auripolim elegãtiores dicunt, puenerunt. Cum oppidum ingrederemur Gurcensis aduẽtu tãta oppidanorũ excitata lætitia est, ut oẽs p uias cõpendiaq; agminatim currerent, nec multo, postq̃ ad hospitium

Aedes sancti Leonardi.

De filiis Roberti Comitis Palatini.

diuertimus, nunciatum fuit Gymnaſiarchã, cum max
ima ui & doctorũ uirorum & ſcholaſticoꝝ, aduẽtare.
Datus illi dicendi locus, qui oratiunculã, plane (ut ueꝝ
fatear) deſertã, ſed diſertam uolui dicere, habuit, Pali
nodia Epiſcopo Acerrano uiro ſatis facundo iniuncta
eſt, ii paulo poſt, cũ abiiſſent, Principes duo Brãdebur
geñ, qui litteris illic operã dabãt, Cardinalẽ (ut de eius
aduentu congratularent) adierunt, a quo ſumma hila
ritate, ut ſuus eſt mos, excepti diſceſſere. Poſtridie ei/
us diei conuiuiũ pactum eſt, diſertiſſimus ac nobiliſſi/
mus quiſq; accerſitus, inde itũ ad coreas. Ego, quia nõ
niſi emiſiciis (ut aiunt) oculis fruor, abeundi conſilium

Aulicorũ naufragium in Lyco.

cœpi. Itaq; diem integrũ hic morati ſumus, expectaba
mus eñ cæteros aulicos, qui poſtridie q̃ nos diſcedere/
mus ad nos Auguſta per Licum, nauigarent. Qui cum
equis carerẽt (om̃es eñ nobiſcũ ductati fuerãt) trabi/
bus, quaſ ligneis cuneolis pangunt, nos rates appel/
lamus, uecti ſunt, frigus ſatis acre erat, uentorũ flatus
increbreſcebãt, Ii ergo uix Auguſta ſoluerãt ꝑ Licum
nauigaturi, cũ uel pondere, uel q; tenui alueo fluui⁹ la
beret, ratis uado hæſit, diuq; remulco colluctati tan/
dẽ in altiorẽ aquã ratem impulere, paulo poſt nautaꝝ
incuria, cum ſub pontẽ ueherent, ratis ſublicibus ĩpa/
cta fathiſcit, tandẽ nõ citra periculũ in tutum recepti
ſunt. Nauigabãt quãplurimi, ſed quoꝝ meminiſſe eſt
operæpretium. Marquardus præpoſit⁹ Bambergeñ
Georgius Sumer præpoſitus in Felchmarch, Ioannes
Langus, Ioãnes Schenk Cardineæ curæ præfect⁹, ani
mæ, inter mortales cãdidiſſimæ, multiq; præterea alii
quoꝝ nomina recenſere longum eſſet, euaſerãt illinc.

Sed cum uēti in horas increbrescerēt, ualidiusq; flarēt nautis cōtra nitentibus illis urgentibus, īpellentibusq; in breuia & Syrtes, cū quid cōsilii captarēt nostri fessi iam, ac prope uicti, ignorarēt. Semimortui ad ripas tādem cōpulsi sunt, ubi & aqua humecti & frigore pene exangues, aqua eni q̄ madidi erāt, in glaciē uertebat̄, ignes in ripa excitauerunt. Itaq; paululū refoti, ad Vestendorph, nos occidentis uillā dicere possum9, iter pedibus arripuerunt, diuertunt ad Cauponē, domum occupatā reperiūt, nā intus cum nuptiarū choreæ (ut frequēs in Germania usus) ludos interpellare nō sine turbis poterāt. Quippe pagani, multi. n. illuc cōuenerāt, surdis auribus saltabūdi, clamabūdiq; uerba nostrorꝝ audiebāt, uerꝝ cū diu supplices uiderēt deliniti, e stabulo discesserūt, mane autē exorto solis iubare, coacti ad aquas reuerti, carebāt eni equis, uno excepto, q ꝓpter frigus strigosior factus, uix se pedib9 nedum quempiā ferret, substinere poterat, p Danubiū lōge, q̄ prius fuerat, cursu feliciore ad nos puenerunt. Postero die, Crepero adhuc tēpore classico per Tubicinē pronūciato pedibus alii, alii curribus uecti ad ripā Danubii cōuenimus, rates ibi quā plurimæ, centū eni & quinq̄ginta fere homines eramus, in remis stabāt Gurcensis, ut est om̄ibus in rebus curiosus, nomina singulorꝝ scripta percurrebat, rates partiebat̄, inscēdimus, a ripa soluim9, Inde exorit̄ clamor, tonsarūq; strepit9 ita increbrescebat, ut utrinq; latissimi fluminis ripæ longū uastumq; reclamarēt. Ego ad ientaculi horā, herili eni rate uehebar, tum matutino frigore, tū quia ieiuni non libenter uerba dam9, aut legi, aut dormitaui. Interim mēsa

Nauigatio Gurcēsis p Danubium.

concinnatur, recubimus, Gurcen. ut solers imperator suo consules exercitui, non prius in pugnam deae Culinae descendere uoluit, quam totam aciem instructam uideret. Cum ergo multos obtruncauissemus, satisque cruoris exhausissemus, ad uariam nos ludorum curam conuertimus, ii cartaceis ludis, ii taxillis diem transigere, alii calculis pugnare, alii ne inertia pigrescerent, se ad remigantium laborem conferre. Sic uespera Reginonem, quam nunc Regenspurg .i. regiam ciuitatem dicunt, applicuimus, in ripa Episcopus Palatinus, caeterique urbis principes uiri praestolabantur, ab iis Gurcen. uenerabiliter susceptus, magna comitante caterua, urbem ingressus est, de quo pauca haec referre statui. Oppidum est in Danubii ripa situm, in qua per longitudinem extenditur, intus domus amplissimas habet, sed nunc, quoniam loci fortuna refrixit, uastae sunt propter inquilinorum insolentiam, parietes domorum crassissimi patentissimisque ualuis, ut facilius mercium currus admitterentur, aedificati. Nullaque non domus est quae non Sacello careat. Templa tamen & auro & argento opulenta, praetereunda caetera sunt, Illud recitabo, Templum est ad quod Gurcen. aduespertinam orationem se contulit Diuo Amerauo dicatum, ingressus ego, contignationem templi, admirabar, tholoque non citra delectationem peruetusto delectabar, parietes utrinque, illo picturae genere simplicissimo, ornati erant. molestia tamen affectus sum quod Cantores, quibus musica, hostis erat acerrimus, Nouissimam Diuae Mariae salutationem ita strepero cantu inuasere, ut tanquam pugnam inirent uociferarentur, Peractis precibus ad altare uisendum accessimus, Argentea tabula ad posteriora cornua sita erat, quam ego Graecanicis illis comparo, tum figurarum

Gurcensis ingressus Ratisponae.

De Ratisbona quaedam.

uetustate, tũ simplicitate quadã, nulla enĩ parerga ui/sebant, gaudẽtibus, pretii profecto non parui. Præterea librũ Euangeliorũ litteris pollicarib9 uidi, aureisq; picturis apprime ornatũ, quarũ ætatẽ ego ad Euandrũ & Aborigines retulissem, nisi flamines ab Arnolpho Imperatore, ut pleraq; huiusmodi Clinodia (sic enĩ tẽplorũ suppellectilẽ nominãt) donatũ affirmarẽt, a quo & corpus Dionysii Ariopagitæ ex Gallia illuc trãslatũ (& si Galli omnino negãt) asserunt, ubi Arnolphus quoq; sepeliri uoluit, eiusq; adhuc sepulchrum ex lapide cernitur. Sancti Leopoldi illic quoq; corpus est, sed miraculis nõ claret, ut alibi cui dicatũ templũ est, fabulam referunt. Ingressurũ enĩ beatum Volfgangũ urbem, aiunt uulgo interrogauisse, utrũ corpus an miracula, post obitũ mallent? Ciues corpus elegisse, arbitrãtes, absq; corpore miracula nullibi fieri posse, Illic ergo cum eius ossa remanserint, miracula alibi translata sunt. hæc retuli, ut cognoscas quanto in fidei errore caliget humanũ genus. Inde ad pontem qui sup Danubiũ est, uisendũ prexim9, Ego, Episcopus Acerran9 Speranti9, uiri ambo ad unguẽ perfecti, Ioannes Keller, Caspar Lysius poeta non uulgaris, Sciscitati sumus quis pontem iecisset, relatum fuit Adrianum Imperatorem ædificasse. Nos cum in rei disputationẽ incidissemus, neq; quicquã certi afferre auderemus, nihilominus & uetustatem & longitudinẽ, admirati sumus Vndecim .n. fornicibus constat passus quadringentos & septuaginta mẽsi sumus, ex medio fere alius lõgoriis pons ad insulam iacitur quæ, Danubio utrinq; alluitur, hinc digressi nunciatũ est Gurceñ. uisum cho

reas iturum, accurrimus, tempestiuiq; pone, aulam ingressi sumus, in qua nobilissimae quaeq; nuptae, innuptaeq; puellae conuenerant. Ego locū ad conspicillū nactus, quantū per emissicios oculos licebat, omēs demolibiles uidebātur, sed una mihi praecaeteris, nam & habitus adiuuabat, formosior uidebatur. Erat enim breuissima coma, quae uix medium collū flagellabat cōpta in nodum capilli torquebantur, super iis Corolla oderatissimis herbis cōtexta, pulchritudinē augebat, uultus modo puellae, modo Ganymedis, aut alicuius non proletarii pocillatoris repraesentabatur. Quam ego cū multum oculorū nictatione lacessiuissem, abii domū & mihi quia iā uox in Merim deficit, & Veneri, quae non multum mihi propitia est, iratus sum. Vespera autē, ut hesterna fueramus excepti, adipali coena refecti sumus, mane non satis lucescente die surreximus, restimq; soluim9, quadragintaq; passuū milia pmensi Stranburgio applicuim9, oppidum esse merciū diues quae ex Boemia illuc aduehant, dicunt. Inde tertia uix hora peractis sacris nauem ingressi, nauigationē illius diei Petauium usq;, quod, ego ab auiū uolatu, nam urbes olim augurio condebantur, dictum puto, sexaginta milia passuum confecimus, multa nauigantibus nobis oppida, uillae, arcesq;, uel in ripis, uel in collibus positae occurerūt, quorum nomina recēsere arduū esset.

Gurcensis ingressus Pataui.

Petauio autē non longe aberamus, cum praestātissimi uiri naui, arbitror flamines metropolitanae fuisse, medio in fluminue occurrere, quos ut est omnium mortalium elegantissimus Gurceñ, pacatissimo uultu excepit. Nec mora Episcopus, quem ego optimum uirum

iudico, oppiidaniq;, ut tanti principis aduentu læticiã oſtenderent:, et ab arce, quæ in monte ſiniſtra nauigan/tibus occurrit, & a mœnibus crebros bombarum tonitrus emitti iuſſerant. Applicanti ripæ totus occurrit populus. Epiſcopus homo iam ſilicernius, domi ante fores, præſtolatus, a quo Gurrceñ ꝑ benigne excipit̃. Nos alibi ſtabulatum diuertimus. De oppido hæc memoratu digna habeo. Sitũ eſt inter duo flumina, Da/nubium & Aenum, quorum alterum fluit ex leni iugo cui Abnobæ nomen eſt, alterum ex penitioribus alpi/bus, & utrũq; ex Rhetia, oritur. tertium ex Boemiæ montibus deſcendit, quod, quanquã uadabile, tamen ad materias, merceſq; uectandas, aptiſſimum eſt. Oppidum ergo & ſi Cherſoneſſi inſtar a fronte, dextera læuaq; munitiſſimum ſit, tamen e regione Vls Danu/bium munitiſſimam habet arcem, infra autem per ri/pæ longitudinem ſitæ domus, ad quas æſtate lembis tranſfretatur, hyeme cum, acris eſt, per glaciem itur. In Aeno uero pons iactus eſt Semilunio ſimilis, arbi/trantur enim ſic maiorem aquarum impetum frangi poſſe. Ad alteram ripam cum euaditur, haud enormibus uicis domus porrectæ ſunt. Itaq; fluuiorum inter/uentu cum ſimul ciuitas eſſe nequeat, trifariam diuiſa incolit̃. Illinc crepuſculaſcente iam die, ientaculũ matutinũ deglutiẽtes abitionẽ capeſſimus, Sexagintaq; milibus paſſuũ cõfectis oppido Pannoniæ ſuperioris, ꝗ a Norico Aenus diuidit, Lynxo appulimus. Quod, tũ Auguſtiſſimi Fiderici Imperio, cuius auſpicio feliciter creuit, tũ quia illinc tẽperie aeris atq; ubere glebæ Auſtriæ fertilitas ĩcipit, celebratum. Gurceñ itaq; ibi

Pataui de ſcriptio.

Lynxum oppidũ.

ut Genio, Bacchoq;, læticiæ datori habenas soluere/
mus, iussit, pactis igitur, uix illucescente die, sacris, ad
suũ quisq; Cauponẽ diuertit. Inde ad choreas de more
itũ est, ad quas nobilissimæ quæq;, aduentũ principis
excepturæ, cõuenerãt. Iurarẽ me nullibi formosiores,
ornatioresq; uidisse, multi ex aulicis, nobili ꝓgnati ge/
nere emissiciis uultibus personati interfuere, oĩes uer
sicoloribus, quæ unius diei intercapedine confecta fue
rãt, sagis ornatissimi processerũt. Postridie gallicinio
per tubicinẽ excitati, ad triremes, sic enĩ redicarias tri/
um remorũ naues appello, cucurrimus, nec mora a ri/
pa soluẽtes, dextra cum Laureacũ peruetustum sane
oppidũ reliquissemus, satis felici cursu ad infamia flu/
minis loca ꝑuenimus, de quibus breui hæc accipe, duo
Scylla & charybdis Danubiana. pericula nauigantibus offeruntur, in altero per confra
gosa saxorum ingentissimo fremitu unda rapit᷑, infra
enĩ tæniæ cautesq; tã cerbri sunt, ut nisi expertissimus
loci nauta sit (capit᷑ enĩ unus uel alter ex oppido Gra/
yno quod paulo superius in ripa offendit᷑) ignari naui/
gationis aliquãdo periclitentur, Scyllam hãc latrantẽ
cum superaueris, in charybdim ut incidas necesse est,
ubi non leuius periculũ exanclandum obiicit᷑, rotatur
enim aqua, immo totum flumen, maximumq; in pro
fundum mergi uidetur, similisq; turbini tempestuoso
uortices uolui, pandunt᷑ .n. a principio turbinatimq;
in imo desinunt, nec uno in loco sæuiunt syrtes, sed
unus ex alio uortex subinde nascitur, crescũtq; in im/
mensa aquarũ uolumina, factumq; sæpissime pericu/
lum est rapidissime uoracitatis, iacta siquidem repente
absorbẽtur, nec postea apparere usquã manifestũ est,

hoc & si alias, elapso tamen anno, cognitũ fuit. Cum enim nauis, in qua uiginti fere homines uehebãtur, incaute illhuc incidisset, absorpta est. Quæsita corpora diu fuerunt, nusquam inuenta. Nos igitur cum prope essemus, multi Gurcensi, ut ripæ appelleret, consuluerunt. Is, quoniã & suos non uulgariter diligit, ne tantisper, iis q formidare occœperãt, maiorẽ, e naui si descendisset, pauorem incuteret, & quia Cæsarẽ illhac nauigasse quandoq; non ignorabat, renuit periculũ seorsum a suis fugere, quod tantus princeps minime uitauerat. Tandem Dei Opt. Max. et Diui Nicolai cuius in ripa Sacellũ est, ope, incolumes euasimus, acriterq; remis incumbentes (mirum dictu) nonaginta passuum milia, nauigatione confecimus, Sthanioq; oppido, qđ a petra sic dicitur, appulimus. Gurceñ. a sorore, quæ illhic ditissimo uiro nupta est, excipit. Episcop9 Acerranus, Ego, cæteriq; flamines ad caupones diuertim9. Interim saltationes, & uespere, & mane exorto solis iubare, actæ sunt, peractoq; matutino ientaculo nauem ingredimur, exortoq;, de more, nautico cantu remiges palmulis incubuerunt, Vespere non adeo multo Neuburgæ applicuimus, ubi Ditissimo in templo corpus Diui Leopoldi Austriæ Ducis colitur, Quod decennio iã peracto a Mariano Bartholino patruo meo ex humili sepultura, ad ornatissimũ Mausolæum trãslatum est. Eius siquidẽ caluitiũ in quadricubitali defæcati argenti, arca, conditum maximis claret miraculis. Illhic Gurcẽsis hospitio exceptus est, nos alibi diuertimus. Postridie mane cũ penitas, ut aiunt, offulas sumpsissemus, Viennã uersus quæ duobus passuũ milibus

Mira Gurceñ. in aulicos suos dilectio.

Diuus Leopoldus.

Gurcensis ingressus Viennæ.

aberat, nauigationē cœpimus, ubi appulimus ad ripā, tanta uis populi effluxit, ut longe spectantibus admiratio ingens oriret. Gurcensis nauim egressus, magno cum tympanorū strepitu, tum innumerarū gentiū plausu exceptus est, nec mora triū præstantissimorū uirorum orationes recitatæ sunt, Quibus tāti principis aduentu congratulabantur, peractoq; excipiendi officio, Gurcensis Cardineo paludamēto equo uectus, ingenti mortalium multitudine urbem ingressus est. Die iam aduesperascente. Cum nos uiles animæ ad hostem diuertissem9, dii boni, quā insolens domus uisa est hospitādi, Axenia illhic tunc celebrari arbitrabar, algebāt omīa, hypocaustum quod multo ante dilapsum erat, inuerecundus hospes resarciebat, nobis aūt, quid agēdum interim esset, nisi in xenoprodromos nostros maledicere nesciebamus, qui cum omniū bipedum scelestissimi sint, tūc se bene, egregieq; egisse, cū pessimam quāq; nauant operā, credūt. Sed huiusmodi a me querimonia absit, cū iam in malis supra quā dici possit, occallucrim. Postero die, pomeridianū, ut arbitror tēpus erat, Rector studii, quod illhic celeberrimū est magna scholasticorū manu, aduentare nunciat. Gurceñ. habitu de more sumpto, pacato illos uultu excepit, pauxilluloq; tēporis interiecto, Sebastianus Binderli9 orationē habuit Encomiasticā, non indigena, ut illa in regione animaduerti potest, prolatione, recitatā, unde ego de germanis ita coniicere (ni fallor) audeo. Eos Romanis prope oratoribus similimos esse, Conciliāt, præponūt, diuidūt, argumentant q; satis erudite, sed ita copiose ut Asiaticis, potiusq̄ Atticis comparādi sint, idem

Orationes in laudem Gurcensis habitæ.

etiã nunc de latinis oratoribus sentio, Nam apposite, eruditeq; dicere difficile est, qd opus sit ĩtelligimus, ut dicere debeamus, nescimus, præsertim, cũ nobis angustissimi termini præfixi sint. Principes enĩ hac tẽpestate nõ digressionibus, cultuq;, sed crebris delectant sententiis, breuiq; rẽ transigi, etiã si suas ipsorũ laudes cõplectat oratio, desiderãt. Si antiquorũ præceptis insistim9, Illãq; Ciceronianã lecythũ sectamur, Principes aut aliud agũt, aut dormitãt, si concisius dicẽdi genus, cũ noua q̃dam nobis præcepta iiunxerit, aut nos ignorãtia peccamus, aut si quippiã boni dicim9, quia dictũ breuiter sit, ieiunã fuisse orẽm dicũt, sed ut ad ĩstitutũ redeã. Orationi cũ Episcopus Acerran9 uir culti ingenii breui respõdisset, discessere. Paulo post præstãtissimorũ uirorũ de administratiõe rerũ Austriacarũ cõsiliũ habitũ est. Postero die, sole iã exorto, diui Stephani tẽplũ petiuimus, ubi pacto sacro altare tũ argẽti auriq; facti ĩfectiq; uarietate, tũ multarũ reliqarũ, ut nũc aiũt gñre refertũ admiratiõi oĩbus fuit. Verũ cũ tot ex Austriaca domo, Duces, Imperatoresq; aĩo cõplector. Inde & ciuitatẽ, de q̃ alii multa retulere, et templorũ ornatũ tantope auctũ esse crediderim, Qđ & si a priscis facti tatũ, ætate aũt nr̃a sub duobus Cæsaribus pr̃e, & filio cognitũ est. Nam Fideric9 cũ sibi Mausoleũ añ obitũ, cõdere iam incepisset, morte præuentus, opus inchoatum perficere nequiuit, Diuus MAXImilianus cũ uiginti annos prope labor intermissus nunq̃ fuerit, non sine omniũ mortalium admiratione pfecit, de quo pauca, ut quanta de se post mortem cura sit mortalibus, cognoscas, recitabo. Sepulchri opus q̃drangulare est lõgitudĩe ulnarũ qnq;, latitudine fere dimidia, in ãbitu

De impatiẽtia Principum in audiendo.

De Mausolæo Friderici Imp.

ſeptum bicubitale æquis feneſtrarū interuallis opus amplectitur. Quod ubi primū ab imo ſurgere icipit, latius eſt, arctaturq; tenditq; introrſum quatenus ad Cippum peruenit ubi corpus conditū eſt, ſurgitq; læ/uiſſimo marmore quoad coronā lapideā oſtendit, quæ altrinſecꝰ porrecta ſepulcrum ambit, in inferiore baſi quaq; uerſus multigenæ animalium figuræ in cōcauo lapidū, quod per ambitū ducitur inſtar ludentium ui/dentur. Supra mirabiles innumerabiliū Sanctorꝝ effi/gies. In angulis autē exporrectiſq; in latere lapidibus, Electorum principū Germaniæ imagines ſunt, a ſum mo, imoq; ſcalæ lapideæ, quibus cū ad faſtigiū Mau/ſolæi peruenitur Fiderici Auguſti Rom. Imperatoris corpus lapideum iacens imperiali paludamento. coro naq; ornatū uiſitur, tanto artificio, ut ſaxo ueneratio/onē quandam habere quodāmodo impellamur. Lapi dis genus alibi Porphiriacū, uenis tamē albicantibus, alibi Emathitem eſſe affirmares, ita ſanguinē repræ/ſentare uidetur. Supra pallentius eſt ſed uerſicolor, eruitur in Norico, in agro Iuuauiano. Sed interim pau liſper iocari lubet, templū exibamꝰ, cum ego ſecundū ualuas tumulū inſpicio, mihi, cuius nam eſſet, ſedulo

Fabulæ de Neythart

percontanti ædituus reſpondit Neythartis oſſa illhic condita eſſe, redii domū accurateq; hominis uitā inqui rens, urbanum apprime, ne dicam facetum fuiſſe intel lexi. Is cum apud Duces Auſtriæ ſūmo eſſet in pretio charus habebatur, mos indigenarum erat, ut qui pri/mus ueris initio florentē uiolam reperiſſet locum ſigna ret, nunciaretq; principi, hac ſcilicet gratia īſtitutum, ut omnes nuptæ, innuptæq; puellæ, ac glabella iuue/

num pubes choreas ductantes, ad locũ proficiſceren/
tur, ubi ſolutis paululum curis lætitiæ, bacchoq; effu/
ſiſſime indulgerent. Neythart ergo, cũ uiolam repe/
riſſet, pileo cooperuit, feſtinuſq; urbem ingreſſus Prin
cipi, ſe uiolam repperiſſe nunciat, Nec mora ingens ui
rorum, fœminarũq; uis ad locum confluit, Interim pa/
ganus quidam cum pileum inueniſſet, agnouiſſetq; pri
mitias ueris, florem ſubſtulit, locũq; probe excacauit,
pileoq; iterũ operiens, abiit, Iam Viennenſis iuuentus
aderat lætabunda, Iam circa pileum ſaltare inceperãt
cũ detecto loco, pro uiola flos merdaceus inuentus eſt
riſus ſimul et indignatio orta eſt, oẽs in Neythartẽ ini/
icere manus uolebãt, is ſibi fuga ſalutẽ compauit, pau
lopoſt cũ rus iret, uillanos repperit circum eandẽ uio/
lam ſaltantes agnouit ſuã eſſe, quare concitus ĩdigna/
tione, aliquot ex iis interfecit, ſumpſitq; de furto ſup/
plicium, ex illo inpoſterum tempore, paganorũ hoſtis
acerrimus cum euaſiſſet, mira de eo fabulamenta nar
rantur, dicunt aliquando quoſdam cum ebrios feciſſet
totondiſſe illis crines ad monachorum ſimilitudinẽ, &
per Danubium, aliis in ripa paganis ſpectantibus, cir/
cũductaſſe. Semel itẽ ſumpto muliebri habitu ad quẽ
dã pagũ puenit, nec multo poſt, quidã credens eũ fœ
minã eſſe, in uxorem duxit, cũ hac pacti conuentione,
ut non prius ſecum cubaret, quã centum florenos ſibi,
tanquã Dotis auctarium, elargiret̃, accepta pecunia,
noctu aufugit. Perluſtrato igitur templo domuitionẽ
capeſſimus. Interim cataphractorũ militum ludi præ
parantur. Gurceñ. ad Reginã MARIAM profectus
eſt, quam LVDOVICO Bohemiæ regi nuptum iri

credunt, arbitror nouennem esse, tamē tanta in puella grauitas est, tāta maiestas, ut merito credideri ab Hesiodo dictū esse, sub Ioue reges nutriri, Dii non hoīes eos alūt & aliquid, qđ in nobis inter multos attributū non est, & docent & instituūt, Ex arce igit regina in aureo pilento, Gurceñ equo, uecti hasticis ludis interfuerunt. Prima cataphractorū paria satis militariter concurrere. Secūda aūt, uel qđ equi refractarii et habenis minime parerent, uel quod imperiti oīno essent, infœliciter pugnauerūt, hoc tamē boni nobis attulere ut risu effusissimo ilia pene rumperentur. Peractis ludis in arcem rediere, cōuiuioq; adipali celebrato regina personata cum aulicis puellulis incessit, Vnaq; Cardinalis ut tantulæ morē gereret ætatulæ, uultu etiā emissicio usus est, saltauitq;. Sequenti luce pomeridiano tēpore Vienna discedentes ad laculū quēdam peruenimus ambitu, mille passus excedere haud arbitror, in ripa piscatores multos offendimus, qui ex industria ꝓpter principis aduētum rætia iecerant, ad singulum tragularum tractum (mirum dictu) tanta carponum uis capta est, ut cimba ad scalmos usq; repleta fuerit. Inde Padium oppidum, quod a thermis nomen habet, peruenimus, Balneæ illhic sunt suapte natura calescentes, sed infestus sulphuris odor est. Mane confecto prandio, Nouam ciuitatem, uiginti milibus passuum aberat, petiuimus, oppidum satis celebre tum quia a Mathia Pannonum Rege diu obsessam, nunquā ad deditionem compelli potuit, quoad fame uicti oppidani equos enim iumētaq; exederant, æquis conditionibus se dedere coacti sunt. Locus ad huc, in quo castrame-

Laus Mariæ reginæ

Gurcensis ex Vienna egressus.

Nouæ ciuitatis đscriptio.

tatus est, memoriam tenet, siquidem duplici fossa cin-
ctus est, in medio uestigium remanet, ubi subruta ter-
ra sese, a tormētis bellicis, tuebatur, extra uallum in-
gens fossarum numerus est, ad quas se milites recipie-
bant, relatum fuit mihi sæpimento magnarum arbo-
rum oppidum, ut nec oppidani exire possent, nec quis
piam commeatus subministraret, circūuallasse, Tum
etiam quia natale Cæsaris MAXIMILIANI solum
est, ibi tāti principis prima fuere incunabula, unde Nu
men adolesceret, Quod tam pie, Sancteq; Imperium
Romanum gubernaret, Vrbis autem ornamēto, etiā
attribuerim aquam circum mœnia scaturientem, mul
tigenumq; piscium altricem. Addo leporarium orca-
dum, Damarum, Ceruorum, Inulorumq; tam fertile,
ut tertio quartoue quoq; anno uim ferarum subcrescē
tem, eximere cogantur. Arx oppidi, & munitionibus
& aulis, contignationibusq; inauratis. Itē pensili hor-
torum structura, maxime celebris. Postero die cum il
lhic moraremur ociosusq; essem ego, librisq; carerem,
ad ludum cartaceum me contuli. Inde non immerito,
de me coniecturam faciens, Romanos bonam & ma-
lam fortunam coluisse, existimaui, nam eam omnibus
mortalium reb9 dominari imprimis puto, huic si quid
boni euenit acceptum referimus, si quid aduersi conti-
gerit hanc ream facimus, hanc conuiciis insectamur,
sic bona hominū pars fortuito fieri omnia arbitrātur.
Ego aūt ut quædam fieri arbitror, quæ ita sūt ut a no-
bis, citra numinum curam fiant. Ita non inficior secun
das illas causas quibus hoc munus infernarum rerum

a Deo tributum est, plurimũ pollere. Verũ ea ita cœlesti animi uigore a nobis regi possunt, ut nõ illa nobis, sed nos illis imperare uideamur. Perendie omnes qui ad conuetũ Pruchium Styriæ oppidum profecti erãt quoniam Gurceñ. cura rerum Vngaricarũ distractus erat, Nouã ciuitatẽ uenerunt, Postridie princeps Cardineo habitu decoratus eos ĩ curia oppidi excepit, ubi de rebus arduis, disceptatũ est. Conuenerãt Australes bifariam infra supraq; Anasum fluuiũ diuisi. Carenthani, Styrii, Carni, Hii q̃ttuor ordinibus discreti erãt Primi q Ecclesiasticis dignitatibus honestabant̃ Prælatos uocant. Secundus Procerũ locus erat, quos Barones uulg⁹ dicit. Tertius gradus nobilium personarũ Vltimi ciues numerabantur, suæ quisq; prouinciæ negotia pertractabat, Complusculi dies consultando cõsumpti sunt. Interim nunciũ attulit Regis Pannoniæ camerari⁹ VLadislaum regem, Quarto Idus Martias ex Buda Presburgiũ (Posoniũ eruditiores uocant) uenturum. Quamobrẽ Gurceñ. pridie Idus confecto prãdio magnis itineribus Viennã rediit, quã trecentis aut amplius equis, ingressus est, in itinere, dii boni, quã acri omnes algore, affecti sumus. Venti enĩ ita uehemẽtes, ac, ut patriæ mos est frigidi, per aliquot dies, turbas in aere, terraq; conciuerunt, ut domos quoq; in pagis (sunt enĩ cretaceæ) humotenus, ruerent. Paulo ante maximũ fuerat flaminũ silentium, sed duobus cõtinuis noctibus terræmotus auditi sunt. Dormitabam ego, unaq; in cubiculo Abbas erat non mediocriter obesi uentris, Is noctu dũ ad Matulã currit, pedibusq; pauimentũ grauiter ferit, simul terræmotus exortus

est omasum

De Conuẽtu Austriaco.

Rex Vladisla⁹ ex Buda Posonium.

eſt omaſum, me caſtor, boni abbatis, graui põdere, pauimentũ concuſſiſſe affirmabã, tamẽ mane auditos ab omnibus intellexi, tunc præſagiui futurã erũpentibus ex terrarũ uiſceribus, uentis, tempeſtatẽ, quæ tam ingens, atroxq; fuit, ut nos, cum equis a frigore animam uix tueri potuerim9, p Deos iurauiſſem ĩmortales folles Vlyſſis, cui Clypſo abeunti dederat, reſignatos fuiſſe, Sed proh Iuppiter q̃tum homo homini præſtat Beatiores petorita habebant, & geſtatoria opta, quorum ueiatura, pinde atq; in cubiculo eſſent, ferebant̃. Mane ex Lyſiis Dux BARtholomeus ad Gurceñ. pfectus eſt, dũ hominis fortunas in qro, intellexi, in foro Iulii Cæſariani exercitus Imperatorẽ futurũ. Dii felix, fauſtũq; uortant. Nos ergo cum pluſculos dies Viennæ moraremur, Gurceñ. ut de aduentu maximorũ regum Pannoniæ, Boemiæ, ac Sarmatiæ certior fieret, expectabat. Interim aulicos ornatiſſimis ueſtibus concinnauit, mihi Vndulatã elargitus eſt. Perendie eius dici legatos treis, Marquardum præpoſitũ Bambergeñ Maraſcam boemũ, Cuſpinianũ uirum litteratũ Poſoniũ miſit, nam VLAdiſlai, ac LVdouici regum patris & filii, aduentũ intellexerat. Inde octauo Kal. Aprilis SIGISMVNDVS Sarmatiæ Rex cum ingenti apparatu, pompaq;, tũ hominum tũ equoꝝ, Poſoniũ ingreſſus eſt, de eo ſic accepi, a noſtris, Cum is mille fere paſſus abeſſet, Rex VLAdiſlaus, Ludouicuſq;, pater & filius, Eſſedo, ut uenientẽ exciperet̃ uecti ſunt extra urbem. Pater quia iam ſenio confectus eſt, in curuli ſella pmanſit. Filius equum aſcẽdit priorq; obuiam ſeſe obtulit, Sed anteq̃ alter alterũ alloqueretur, aberant

Gurcenſis legati ad Reges.

De aduẽtu regis Sarmatiæ, & ingreſſus Poſonii.

adhuc longe, ex equis desilierũt, multisq; passibus, pedibus profecti sunt, coeuntes tã arcte sese inuicem cõplecti uidebãtur, ut maximã omnibus pietatẽ palam præseferrẽt. Inde ad seniorẽ Regẽ iunctim perrexere. Is Silicernius admodũ ex gestatoria sella, quã inside-bat, Fratrẽ ad se cum filio, aduentantẽ expectabat, cũ adfuit, Dii boni, Qui amplexus, quæ gaudia fuerunt, quæ lachrymæ, nõ seni modo, uerũ & omibus, qui aderant, exciderunt. Nemo enim homo qui triũ potentissimorũ regum præsentia nõ obstupesceret, tãq; arctis, complexibus fratrum pietatem animo complectens, non lachrymaretur. Vrbem aũt ingressi sic feruntur. Rex senior essedo uectus est, Frater & filius reges, ante equis uehebant, habitus diuersissimi erant, Sarmatiæ enĩ Moschi, Rutheni, Mysii, Lithuani, suis quisq; paludamẽtis ornatus, aut anteibant, aut sequebantur, alii pennaculis ingentibus, alii infulis uinarii quali instar, compti procedebant. Equorũ Scythicorũ, quiq; ex Mœsia aduehunt, uis ingens, Qui prætiose phalerati, margaritisq; referci saltab ũdi ducebant, maior tamẽ ornatus iis in pectoralibus cernebat, quæ uel aurea erãt uel argẽtea itẽ focalia, quæ scdm aures utrinq; p maxillas ad fauciũ ima circumducebant. mira medius fidius arte concinnata, equites mille & qngentos fuisse tradunt, Ita urbem magna principũ comitante caterua, quorũ nomina alibi recitabo, ingressi, senior duobus regibus fratre & filio comitatus, ad regiã suam rediit. Filius, Sarmatiæ Regem patruũ grato comitãdi officio, domũ usq; deduxit, Postridie cũ hæc ad Gurceñ. allata fuissent, Comparatã quattuor nauiũ clas-

Sarmatarũ cultus.

Gurcensis nauigatio ad Reges.

ſem inſcendimus, nec dum ſole adueſperaſcente Ham burgio appulimus. Vaſtitas ſumma in oppido eſt, domorũq; æquiſoliũ paſſim uiſitur. Narrant Mathiam Pannorũ regem, diutina obſidione, cum in Auſtriacos ſæuiret, tandẽ potitum, ad tenuẽ fortunam locum redegiſſe. Arcem habet ſatis munitã, in arduo monte, q oppido imminet, ſitam, quæ cũ inter Auſtriã, Panno niamq;, fere media ſit, alterutros prohibet ĩcurſus, ab ea itẽ mõs parua abeſt intercapedine ĩ quo Zynziber paſſim naſcitur. Vix ergo Princeps ad hoſpitem diuer terat, Cum Marquardus orator, cæteriq; qui una iuerant, adfuere, quæ attulerãt, de more, ſatis mature diſcuſſa ſũt, Mane ad multum diẽ, Poſoniũ uerſus naui gauim.9, Gurcẽſi nauim, Cardineo paludamẽto egre dieti Ludouic9 Boemiæ rex, Archiepiſcop9 Coloceñ. Epiſcopus Quinq; Eccleſieñ. Boſneñ. Iaurieñ. Vacien ſis Pannones. Epiſcopus VLadiſlauienſis, Poſnanieñ, Premiſlieñ, Sarmatæ. tum Pannoniæ, Boemiæq;, tũ Sarmatiæ primores uiri quã plures obuiã ad ripam ſe ſe obtulerũt. Archiepiſcopus Colocẽſis. oratiõe ſatis erudita & graui ex equo Gurceñ excepit. Rex VLAdiſlaus articulari morbo afficiebat᷑. Tamen tãta diuer ſarum gentium uarietas fuit, ut mihi hæc recolenti, non ſatis omnia ex ſententia ſuccurrãt. Aderant Germani, Pannonii, Sarmatæ, Tartari, Turcæ, Moſchi, & eorundẽ imprimis Aeneatores tortilibus tubis aſp rime pſtrepẽtes, neq;.n. ditonũ, aut diapẽte, theſſarar ũt, diapaſo intermiſtã, aut biſdiapaſo, cæteriſq; phonaſcorum uoces, concordiamq; norunt, ſed primo perhemitonium inuicem certantes, rurſus a ſecundo

Quedã de Hamburgo opp.

Gurcenſis ingreſſus Poſoni.

Pompa in excipiẽdo Gurceñ.

hemitonio quattuor interualla ascendentes, tãta can/
didarũ auriũ molestia, ut aliquando surdastrũ me esse
desiderarẽ, tradunt aliqui tale hominũ genus ita effe/
ratis esse moribus, ut perstepero clangore (& si omnẽ
antecellere harmoniã credit) delectat. Cæterꝶ si hic Io
annes manẽs, aut abbas elephãtarca musici romanẽ/
ses pñtes fuissẽt longe melius q̃ ego, ꝗ̃ refractaria illorũ
musica iudicassẽt. Habitus præterea diuersissĩi, alii (ut
dicebã) ĩfulas cãdidas ĩ fastigiũ acumĩtas gestabãt, alii
pilea quorum infrõtispicio pẽnacula ad posticam par
tẽ, unius ulnæ latitudinis deflectebãtur, alii pectorali/
bus a gula umbilico tenus, uel argenteis, uel aureis, ita
eni uestiũ fibulamẽta faciunt, ornabantur. Quidã bal
theos aureos, quibus enses uaginis argenteis, aureisq;
pendebant, qui a dextro humero in sinistrũ infra alam
reflectebant, gestabant. At uero ubi cingẽdi locus est
laminibus aureis graphice figurata imaginibus fabre/
factis, gemmisq; Scythicis cingula contibulabant, hii
pleriq; omnes erant Sarmatæ. Moscorum admodum
non multi, quippe qui aderãt, capti in bello ferebant,
quod paulo ante SIGISMVNDVS fortissim9 pru/
dentissimusq;, Sarmatarũ Rex, quẽ ego, unũ excipio
Cæsarem, & uultus grauitate, & rerum gestaꝶ gloria
puto comparandũ nemini, faustissime, gloriosissimeq;
ad Borysthenis ripas gessit, fluuium indigenæ Neper
dicunt, qui ex iugis ortum habens, quæ Lithuaniam,
rubrãq; Russiam interiacẽt, in Bycem paludem supra
Tauricã chersonessum descendit, incolæ ex plano ori/
ri tradunt, neq; ullos illhic montes esse, quẽadmodum
etiã de Ryphæis mẽtita antiquitas est, qui illhic nusq̃

Habitus Sarmata/rum.

Regis Sarmatiæ ui/ctoria de Moschis.

Non esse Rypheos.

ſunt. Tanaimq́ ex latiſſima planiciæ oriri manifeſtũ eſt. In eo igitur bello, ut mihi ab his qui interfuerunt, relatũ eſt, Moſcoꝝ plures trigĩta millib9 deſideratos fuiſſe, Sarmataꝝ pauci ceciderũt, tñ tam populoſa, regio ut tanq̃ nullam acceperint cladẽ, nunc nouũ pa rare exercitum, nouas copias uulgo ferantur, adde qđ nulli liberi naſcuntur, omnes enim ab Imperatore ſer/ uitiorum loco habentur, nihil certi habent, neq́ uitæ, neq́ peculii, nam ſi Imperator cuipiam ut ſeſe ſuſpen/ dat iubet, ſine mora mandatum perficit. Si facultates alicui demere uult poteſt. Itaq́ tum obſequio, tum re/ gni amplitudine potentiſſimus Scythicarum gentium eſſe dicitur. Gurceñ. ergo urbẽ ingreſſum iunior Rex LVDOVICVS, ingenſq́, & Prælatorũ, & principũ numerus, pone, anteq́, ſed a leua Rex domum uſq́ co mitatus eſt. Nos ad hoſtilem domum diuertimus, Dii boni ad quale conceſſimus ſtabulum, camera ut cõiice re poteram, aut hara extiterat, aut gallinœcium, gra/ batulum nullum, ne dum ſtibadia, aut anacliteria, niſi tranſuerſos a parietibus longorios, pullorum cubicu/ lum, inſpeximus, tectum diuæ Arachnæ dicatum, pa/ uimentum deæ porcillæ grunienti inſeruiebat. Cœpi/ mus cogitare quid in tanta domus uaſtitate agendum eſſet. Fabri lignarii euaſimus, grabatulum compegi/ mus, omnino haud ſane bonum, ſed pro conditiõe bar bararum gentium, cubiculum Baſilice præparatum uidebatur. Mane aũt ad uiſendũ Vladiſlaum Panno/ niæ Regem, Qui ut dicebam podagricus, in lectica ia/ cebat, Gurcenſis cũ omibus aulicis, q & torquibus au reis, & ueſtimẽtorũ ornatu elegãtiſſimi erãt, ꝑficiſcit᷑.

Gurcenſis ad Regem Pannoniæ.

Quo cum ſine arbitris cũ aliquandiu fuiſſet, nobis etiã aditus, ut tantũ Principem uideremus, conceſſus fuit, Facies uenerabilis ultra modum eſt, rubicunda paulu lũ, tantaq; in eo grauitas, ut & ſi tantũ uirum minime noſceres, Regiam in eo maieſtatẽ omĩno arbitrarere, ut ſatis ſpectando ſumus exhilarati, diſceſſimus. Gurceñ. ad ANNAM Reginam VLadiſlai filiã (in regia enim domo morabat᷑) conceſſit, puella eſt annoꝝ fere tredecim, flos ipſe, eximiæ pulchritudinis. Gurceñ. cũ paulo longius cum filia, quã cũ patre (Quis enĩ diem anno longiorẽ non optaſſet) morã traxiſſet, domuitio nem tandem capeſſimus, perendie Sarmatiæ regem adiit, qui ut Gurceñ. aduentũ intellexit, ad regiæ fores ꝓceſſit, uenientẽq; (humano ut eſt uultu, grauiq;) excepit. Inde in aula publice Cæſareæ lr̃æ recitatæ ſunt. Epiſcopus Premiſlieñ. Vicecãcellarius legit, Nomina quoq; legatoꝝ qui una cũ Gurceñ. erãt, recitata, Marquardus præpoſitus Bambergeñ. Vilhelmus de Rogendorf, Laurentius Saur, Gabriel Fockt, Maraſca, Cuſpinianus, his pactis tempus ut ſecretius loquerentur deſtinauerũt. Interea aduentus Cardinalis Strigonieñ ſignificat᷑, Gurceñ. Ludouicusq; Boemiæ rex cũ multis hominũ milibus extra portã obuiam profecti ſunt, Sarmatarũ ingens numerus uelitum more clipeis breuiuſculis, lãceiſq; prælongis, præcurrebat. Nam eorum equi ad curſum uelociſſimi ſunt, utpote qui ex Theſſalia, Myſiaq;, & Cherſoneſſo taurica (quanq̃ & in Lithuania, et aliis Sarmatiæ partib9 naſcunt᷑) ueniant. Principes, Duces, & quos Barones uocant, multi aureis ueſtibus, latiſq; clauis ornatiſſimi incedebant,

Gurceñ ad Regẽ Sarmatiæ.

Legatorũ nomina.

Quidam torques ingẽtis ponderis ex auro deferebãt, alii tot gemmis micabant, ut nostratia. i. Italica præiis omnino sordescant. Verũ nostri aulici multo elegãtiores (absit uerbo inuidia) uidebant᷑, Nam & Gurceñ. quadringentos secum uiros habebat, quorum prima classis in prælatos diuidebatur, secũda in Comites, tertia in Barones, quarta in nobiles, quinta patritios cõtinebat, deinceps mira ordinũ obseruantia, ii tanto ornatu, tanto cultu uisi sunt, ut & Pannonii & Sarmatæ, q præ cæteris mortalibus cultissimi uideri uolunt, non citra admirationẽ, intuerentur, taceo uestimentorũ genera, uel aurea, uel ex plumatili serico concinnata, taceo aureos torques millosq; preciosissimos, Vnionum Adamantiũ, cæterorũq; huiusmodi lapillorũ beatissimam copiã, uerum moribus, uitæq; elegantia, atq; urbanitate cæteris facile præstabãt. At si de aliis quoq; iudicandũ est, Sarmatæ, & litteris, & moribus cultissimi sũt. Pannones, multo asperiores. Bohemi illos magno, sed proximi interuallo antecellunt, cũq; iis ut lingua, ita & morib9 nullã similitudinẽ habent. Qui ad pontũ uergunt ut Moschi & Tartari, efferacissimi omniũ, nomadum more, in campis sub pellibus uiuũt, crudoq; aĩmalium uiscere, sed potissimũ equorum pullis uescunt᷑. Diu itaq; extra portam & Gurceñ. & Rex Cardinalis aduentũ, aquilone satis acri flante, expectauerũt, Venit tandẽ q̃drigẽtis equis, ut coniicere potui, comitatus, ad portã Sacerdotes cum Vmbella expectabant. Cæterũ Legatus tũ propter Cardinalis Gurceñ. tũ Regis præsentiã quominus subiret, abstinuit. Ordo talis fuit, Legatus medius, Dextera Regẽ, Sini

Aulicorũ Gurceñ. Laus.

Iudiciũ de gentibus.

Strigonieñ Ingressus Posonii.

ſtra Gurceñ. habens, urbem ingreſſus eſt. peractiſq; in eccleſia, de more, cerimoniis, domũ omẽs redierũt. Nam cum palmarũ dies illuxiſſet, Gurceñ. domi mã/ ſit Sarmatarũ aũt & Bohemiæ reges, ad Legati ſacrũ acceſſere. Poſtridie cum primo conſiſtorium inituri eſ ſent, a Legato Miſſa ſancti ſpiritus ſolenniter celebra/ ta. Reges, Gurcenſiſq; (ſacris enĩ interfuere) ad curiã Vladiſlai Pãnoniæ regis ꝓfecti ſunt. Quiqm̃ pedibus ire non poterat, obuiam, ſella, ad gradus aulæ, uectus eſt. Itaq; ſic primũ, quod fauſtum, felixq; ſiet, inter tot potentiſſimos reges, Gurcenſemq;, uirum inter mor/ tales prudentiſſimũ, conuentio habita eſt. Sequẽs di/ es ideſt tertio nonas aprilis, obnunciatum eſt, Bartho lomeum liſitam Imperatorem Cæſarei exercitus in fo ro Iulii deſignatum, de quo ſcripſimus alibi, Strenuũ uirum, cum noctu a Cæſare per Danubium cymba na uigaret, ſumerſum eſſe, nulli non euaſerunt, qui intra carinam fuerant, famulus arrepta tabula, & natando, a quorundam auxilio, qui ad uoces ad nauigauerant, euaſit. Sic mortalium cogitatiões interrumpunť, ue/ req; de ipſo illud ex Menippæis mutari poteſt, neſcis quid lucifer uehat, Corpus aũt diu quæſitum, nuſquã repertum eſt. Sexto idus aprilis cum Dominicæ reſur/ rect ionis dies illuxiſſet, ad ſacrum profecti ſunt. Vla/ diſlaum regem ſella uectum, frater & fili9, Sarmatiæ & Bohemiæ reges, & Anna regina pone ſequebantur, Gurcenſis propter ſellam incedebat, intra templũ ita conſederunt, Vladiſlaus primus ſedebat, ſecundus SI giſmũdo regi, tertius Annæ reginæ, quart9 Ludouico regi loc9 datus, lõgoq; ĩteruallo prælati ordinatim cõ

Primum concilium.

Bartholo/ mei Ducis naufragiũ

Reges, gurcẽſiſq; ad templũ

ſiſtebant, e regione Gurceñ. Georgio Duci Brandeburgeñ. Archiepis. Coloceñ, Epis. Quinq; eccleſieñ. Acerrano noſtro, Vacieñ. & pleriſq; aliis locus ſignatus eſt, pulcherimũ profecto tot regum ſimul, tot pricipũ, Ducum, Proceꝝ, ac magnorum uiroꝝ, tum ſpectaculum, tũ pompa, cultuſq; per celebris uidebatur. Quæ ſi mihi aliũde relata fuiſſent, minime edepol crediſſem, tñ maiora fuere, quã ut a me ſcribi poſſint. Peractis ſacris, uiri nobiles ex aulicis noſtris a trib9 regibus, aurati (ut aiunt) Equites creati ſunt, Ioannes Schienk curiæ præfectus, Ioannes Langus Gurcenſis frater, ſimulq; duo, epiſcopi Saltzburgenſis, affines ſic ille dies feliciter exitũ habuit, ſequẽtes cõſultando tranſacti ſunt, & quanq̃ Sarmatiæ rex ſũmopere Cæſaris amicitiam deſiderat, tñ duo erãt in quibus ambigua utrinq; deliberatio erat, in altero Pruthenoꝝ, in alzero Moſchorũ ac Rhutenoꝝ res uerſabant᷑. Moſchorum aũt belli hinc ſumpſit initium. Michael Hlinſki Lithuanus cũ Sigiſmundum a Sarmatis Regẽ creatũ intellexiſſet, Lituaniã occupare meditabat᷑, cuius conſiliũ Sigiſmundus, cũ præueniſſet ad Moſchos fugit, huius poſtea ductu in Lithuaniã cum ingenti manu irrupere, qui circa Boryſthenẽ ingenti ſtrage profligati, pacẽ petierũt. Myſis aũt (quos Tartaros appellam9) Sarmatas bello inuadẽtib9, oblitus fœderis Moſchus fidem rupit, magnoq; exercitu ad ulteriores Boryſthenis ripas Caſtrametatus eſt, Ibidẽq; rurſus cũ magna ſuoꝝ interniciõe uictus nouũ inquies parare nũc bellũ dicit᷑. Cæſar ergo cum Cruciferis quia Germani ſunt, Moſchis, quia ii ſecum iuncti fœdere erant, deeſſe non

Equites ex aulicis gurceñ. creati.

Cauſa belli contra Moſchos.

posse uideretur, rem maturo agi consilio oportebat. Quarto Idus aprilis cursus equorũ celebratus est, diuersarũ gentiũ equi, uelocipedes aderãt, Thessali Turcici, Mysii, Moscici, Iaziges, Germanici, uictores Iaziges extiterũt. Postridie cataphractorꝝ ludi, nisi pluuia quæ hic diu perdurauit, obstitisset, destinabãtur, quid aũt actum, fuerit ignoramus. Sequẽti enĩ die Gurceñ. colligere sarcinas iubet, transfretariq; mane Danubiũ nam pridie, a regibus licentiã abeundi, grauibus negotiis interpellatus, acceperat. Reges uero, ut signũ aliquod, suæ ipsorꝝ erga tantũ principẽ beniuolẽtiæ præseferrẽt, dona uasa aurea miro artificio fabricata, pellesq; zebellinorũ maximi pretii, quæ ex Rhutenis, ac Moschis aduehunt͛, miserunt. Sarmatarũ autẽ Regi, equũ ingentis magnitudinis mutuo princeps noster, q̄ muneribus cedit nemini, daturus ferebat͛, sumpto ergo ientaculo, rursus reges (nunq̃ enĩ sibi in officio præstando satisfacit) adeundos reges censuit, a quib9 maximo sui d̄siderio, relictis Cæsarianis (qui secũ aderãt) legatis, discessit, atq; altero, postq̃ discesseramus, itinere, Hamburgiũ partĩ uehiculis, quorũ usus frequẽs in pãnonia est, partim equis ꝑuenimus, postridiano diluculo, Gurceñ. cesio, uelocissmio cursu, Viennã uect9 est, qui Vilhelmũ de Rogendorff, & Laurentiũ Sauer, ut ad Cæsarem postero die proficiscerẽtur, destinauit, iisq; imposuit, ut pro uirili eius aduentũ sollicitarent, quem permagni referre putabamus, res enĩ grauissimæ incumbebant, tum regum causa, qui tam diu Posonii morabant͛, tũ tumultu, iam in Carnis excitato, ter-

Gurcensis discessus a regibus.

Dona Gurcensi, a Regibus data

tioq; arbitror seruile bellum, nisi Cæsar Gurcensisq; prudentia subueniat, in quo prouinciales plurimũ spei collocauerunt, oriturum. Siquidem primum in pannonia ortum est, quod, quoniã sæuum atroxq; fuit. Facturum me operæpretium, si tradidero memoriæ, puto. Pannones cum diutina, grauiq; seruitute premerentur, quemadmodum iugum excutere possent, meditabantur, Cardinalis Strigonieñ. cum populis cruciatã promulgaret, ad facinus iter præbuit, trecenti enĩ fere ab initio nomina dederãt, sed paulatim multitudo crevit, Ducemq; Georgium Zechelium elegerunt, Hic cum quater duello Turcas profligasset, propter res fortiter gestas summo in honore apud regem habebatur, sed cũ nihil mercedis ob exanclatos labores partasq; uictorias, a quæstore, cui rex mãdauerat, percepisset, indignatus ultionẽ meditabat̃, paulopost regiũ exactorẽ, tribus millibus ducatorũ arreptis, iter fecit. minatus etiam se Turcarum partes sequturum. Id cũ Pannoniæ rex intellexisset (nam is Belgradi arcis præsidium tenebat, ubi militum manus ad arcendos hostes semper excubabat) ueritus ne Turcis regni obices aperirentur, illum ducẽtis ducatis, equisq; duobus auro argentoq; phaleratis, donauit. Dum hæc aguntur, Selimus Turcarũ Imperator, cum oratore regis Pannoniæ fœdus iniit. Id cum Rex regniq; Duces resciscerent, rem occultare, atq; in aliud tẽpus bellum in Turcas suscipiendum consulere, animosq; quantum poterant ab incœpto retrahere. Verũ qui nomina pro Cruce CHRISTI dederant, rem damnare, Impiumq; esse, nec dignũ Pannonico nomini, nisi CHRISTVM

De bellis seruilibus.

Georgius Zecheel.

Duces ser/uilis belli.

sequerentur, asserere atq; deinceps de iis, qui incepto obstarēt se supliciū sumpturos palam dicere, Cū itaq; nihil ꝓficerent, cūq; maximo odio, īuidiaq; prælatos, Principesq; a quibus sæuissime expilabant, prosequerentur. Georgium ducem primo, deinde regem creāt. crescenteq; indies seruitioꝝ multitudine Ioannē quoq; Georgi fratrē, Laurentium preæsbiterū hominem deperditū, audacissimūq;, ac fratrem Michaelem duces creauerunt, hic mitis ingenii fuit, astu doloq; insignis, ii ergo ualidissimis copiis (octo enī exercitus fuisse me morātur) cum in Pannonia crudelissime grassarentur, prædæ auiditate, quā quotidie exercebant, corrupti, arma, quæ cōtra Turcas a principio sumpserāt, inuiscera patriæ conuerterūt, atq; tā impie militiam exer cebant, ut nobilissimis quibusq; iugulatis, uxoribus, liberisq; necatis, bona diriperēt, alii stupro uirgines corrumpebant, maritisq; palo affixis, uxores in cōspectu obscœne demolibant. Episcopū Schinadiensem cum intercepissent, uirū & prudentia, et integritate memo rabilem, palo per uiscera transacto, necauerūt. Idem se, & Strigonieñ. Quīq; eccleſieñ. Palatinoq;, uiris ho nestissimis facturos minitantes, in Regem minime sæuituros affirmabant. Itaq; quāplurimis deuastatis ca stris, regionibus de populatis, innumerisq; nobiliū interfectis, animosiores facti, Budam uersus copias mouerūt, ulsq; Danubiū ad Pestum oppidū castrametati sunt. Budæ adeo tumultuatū est, ut ciues urbem deserere, aliquādo cogitauerint. Sed dum consultando tēpus terunt, Bornamissa, cum omnes ad propiorē ripā naues traxisset, Danubiū cum parte copiaꝝ transire,

tatus, eos quasi oscitantes aggressus est, quos prope pagum Subad fudit, fugauitq;. Budeñ. uictoria elati alterum exercitũ ad oppidum Pazcho deleuerũt. tertiũ ad Seyues. quarta autẽ pugna, quæ circa Debre, Themsiuarq;(quod contra Turcarũ incursiones præsidium est, a Ioanne Iazigum .i. transyuaniæ principe, cum diu, ancepsq; certatũ fuisset,) profligato tandẽ exercitu, Georgius rex captus est, quẽ inter duas scalas religatum, a latronibus suis, quos more patrio bestias uocare solitus erat, deuorari iussit, Ioãnes aũt eius frater, post candentem galeam capiti impositam, in quattuor discerptus partes est, militũ autem alii ad palum fixi, alii exenterati, cum lõgo uitæ cruciatu, feruntur. Circa aũt Varadinuũ cum Laurentio præsbitero, ita pertinaciter pugnatum est, ut tria hominũ milia desiderata fuerint, Ducem & assatum, & a suis exesum fe runt. Vltimus Michael, quanq̃ & circa Bachyã, & bayam pagos reliquiæ copiarũ profligatæ, propter Syrmiũ cum fortiter pugnaret, uictus est, reliqui aũt qui uel uinci, uel capi non poterãt ad in hospita montiũ fuga, salutem sibi compararũt. Talis itaq; exitus seruili conspirationi datus. Idem in Germania bis ausi sunt, Semel, non citra dominatus periculũ, in Ducem Vyrthimbergeñ. seruitia exarsere, uicta pœnas luerunt. Iterũ in Carnis, sed Cæsariano exercitu superata excussum recæperunt iugũ. Nunc ad incœptũ opus reuertamur. Dum itaq; Cæsaris aduentũ, & nos Viennæ, & Reges Posonii expectaremus, pridie Kalendas Maias posonii incendiũ factum, Pannonica regia conflagrauit, Sarmatica aũt a suis nõ defensa modo, uerũ

Georgius captus.

Incendium Posoni.

et reliqum oppidi ab incendio seruatum est, Septuaginta domus, aut paulo plures crematæ. Reges ad arcem, quæ in ædito colle sita est, confugere. Ignoratur dolo ne, an inprudentia patratum sit. Verum in septẽtrionalibus plagis urbes integras aliquando exustas uidimus, nam tecta passim scandulis, non tegulis fiunt, quæ simul atq; scintillam excipiunt, celerius, quã hominũ ingenium opituletur, comburuntur. Qui cum incendiis expositi sint, nocturnos habent uigiles, qui & horas nunciant clamando, & ne quapiam in parte incẽdium fiat, præcauent. Stultum profecto arbitror, cũ malint puigiles, aliquando somno, uinoq; sepultos custodiri, quã tegumẽto domus tegere, quod ab incendio lædi non possit. Dum itaq; hæc aguntur rumor latens increbruit, CARolum, Galliarum regis filiam, Belgis id suadentibus, in uxorem accepisse, cui iam pridem, ANNA Pannoniæ regis filia desponsata fuerat, sed nuncium nihil turbarum attulisse uidimus, poterit enĩ hoc matrimonium, in FERDINandum fratrem, Qui apud Hispanos nunc est, felicissime transferri. Quicquid tamen erit trademus memoriæ. Idibus Maiis qui ad Cæsarem ierant, redierunt, quem prope diem uenturum (& si principibus Germanicis molestum erat) significarunt. Quippe qui, cum ad conuentum p Cæsarem, accersiti fuissent, tũ propter sumptus, quos magnifice fecerant, tũ quia res Italicæ hærere quodammodo, cum in castris esse iam milites deberent, uiderentur. Perendie ergo eius diei Gurcensis cum paucis Posoniũ ad Reges rursus naui uectus est. tertio Idus Maias sereno cœlo, stella uisa est, quæ perpetuum illum

Tecta lingnea damnat.

Gurc. scda nauigatio ad Reges.

diem, & oppidanis & externis negocium inspectando exhibuit. Ego cum in hæc naturæ signa differendo, incidissem, omnino melius, feliciusq; præsagium, stellam quã xiphias, hyppogoniasq; & cætera Cometarũ genera, apportaturam affirmaui. Sequẽtem diem disputando, potandoq;, & festiua Moschorum acromata auscultando cum Ioanne Dantisco uiro erudito, transegi, qui cum multa laudabiliter, magnificeq; Sarmatarũ regis gesta (est eñ illi a secretis) retulisset. Quãtumq;, is si cum Cæsare iniret fœdus, Christianæ reipublicæ profuturũ esset. Domum abii, uersiculosq;, quos apposui extemporaliter exaraui. Qui ut felicius, ad regias manus perferentur, Epiiscopo Premisllienfi, Regni Sarmatiæ uicecancellario. Præsuli, & moribus, & litteris elegantissimo. Epistolam dicaui subscripsiq; si lubet legito. Stella uisa

Epistola deest.

FELICISSIMO AC INVICTISSIMO Principi SIGISMVNDO Sarmatiæ Regi Riccardus Bartholinus Perusinus, deditissimum mancipium.



Vm primũ natura chaos discreuit, & orbẽ
Terrarũ, & cœlum uaria compagine iunxit
Rex o Sarmatiæ, & bello fortissime princeps
Indigestarum, soluit certamina rerum
Rerum cõcordia. Mandauitq; coli pacem, & concordia mundi
Fœdera seruari, magnumq; e littore Eoo
Euolui iussit cœlum, contraq; reniti
Infernos orbes, nostrisq; reducere terris
Atq; auferre diem, uariataq; tempora solem
Hoc superum dono cunctis animantibus esse
Concessum fœdus reor, & diuinitus omnem
Quadrupedum prolem, pisces pictasq;, uolucres
Crediderim genitas, propriam, mirabile, serpens
Non ruit in speciem, Tygrisq; lacessere tygrim
Vix fertur, fuluusq; Leo sæuire leoni.
Sæua hominũ natura. Sæuior ast hominum natura animantibus ipsa est
Hostis enim iam facta sibi, communia rupit
Vincula, neglexitq; deum cœlestia dona
Vnde tot infandæ cœdes, unde obruta regna
Mutuaq;, e causis orientia bella prophanis
Ergo animis hominum cum sit cœlestis origo
Esse decet superis similes, & fœdera nobis
Primitus innata, & concessam numine pacem
Excolere æternum, ne forte expertia, nostram

Cætera

Cætera conſilii, excellunt animantia, uitam — Perſuadet
Tuq; adeo, cui ſceptra genus conceſſit, & auxit — SIgiſmun-
SIGISmunde labor Martis, Rex maxime regum, — do pacem.
Egregium fœdus, magnamq; amplectere pacem.
Vnde ſalus, Chriſti populis oritura, putatur — A ſalute
Quæ ſolo de te pendet, ſi deficis, hoſtes — Criſtianoꝝ
Iritas, maiuſq;, illis diſcordia, regnum
Veſtra parat, gaudentq;, & ſeditione fruuntur — ab utilita-
Victores, regum, uictus, ſi fœdera iungis. — te.
Moſcus erit, trepiduſq; intra ſua caſtra Rhutenus
Vix ſtabit, pacem ſuplex, atq; ocia poſcet
Collatis toties ſignis, & Marte cruento — a uictoria.
Proſtratus, nuperq; tuas, gens barbara, uires
In gelidi latis, experta Boryſthenis, aruis
Orſcha ubi iam celebris, tanto certamine, fertur
Namq; ut magna fuit ſtrages, ſic maius in, ipſa
Es pugna meritus nomen, cum multa, nec anceps
Phama fit, innumeras, duro ſub marte, phalanges
Te parua fudiſſe manu quæ (ſi uolet ætas
Tuq; meis olim, rex aſpiraueris auſis)
Forſitan aggrediar, lapſu interuertere phamæ.
Quare age rumpe morã, & te met nũc adiice tãtis
Fœderibus, nec parua ſient, quibus inclyta uirtus
Et pietas, & amor pacis, parituraq; ueſtris
Imperiis, fortuna decus mutetur, ad ipſos — a felicibus
Reſpice nunc ortus rerum, ſi iungere tedas — auſpiciis.
Fas erit, & uinclo tot nectere regna iugali
Spero etenim (nec uana fides) concordibus omnes — ab incremẽ
Auſpiciis, uiſurum acies, uexillaq; martis — to regnoꝝ.
Ducere in externos, raptoſq; repoſcere fines. — a timore.
Cum metuet Tanais, deuictaq; Taurica tellus

E

Efferaq; Euxini trepidabunt littora ponti,
O decus, o phama/nunquam delebile uinclum
Amplexare, auget ueluti concordia regnum
Sic labi contra uisum est. Tibi consule, & orbi,
Et Fratri, Sacrisq; penatibus, & magnis Diis.
Imperiiq; foue surgentem ad sceptra Nepotem
Atq; grauem ut uultum præfers, atq; ora uerendæ
Maiestatis habes, & te sapientior usquam
Interris nemo, nec sumptis fortior armis,
Sis pius, & rerum exemplo, complectere pacem.
Aetherea siquidem regione leuissimus aer
Dispositus, nec supra audet tentare, nec infra
Discretum imperium, uentiq; &, nubila/sedem
Asciscunt propriam, sic & Mare, & infima Tellus
Nexibus alternis iunguntur, iussaq; seruant
Naturæ, sed enim quando hæc concordia rerum
Ruperit & leges, & fœdus fregerit orbis,
Nullus erit Titan, mistisq; elementa figuris
Antiqua horrendi repetent primordia belli.
Vnda ignem inuadet, & mobilis/aera, tellus
Disrumpet, Scopuliq; iniecto ardore liquescent.
Adde q & uestra hæc, bellis flagrantibus, hostem
Quem toties armis bellator Sarmata fregit,
Cædibus, ut timeant/obnoxia, regna/necesse est
Externum, Scythici reserataq; limina Iani.
Ergo per superos oro, per tempora fratris
Cana tui, perq; hanc pueri, innuptæq; puellæ
Fortunam, uestri per regni, orbisq; salutem
Si pietas uos ulla tenet, si uertere regna
Ryphæa, infixum est animo, cladesq; parentum

a pietate in Deos & in suos.

Ab exemplo.

Conclusio per precationem.

Vlciſci bello, Turcaſq; abolere nephandos
Erigite ad pacem mentes, & iungite dextras
Auſpiciis magnorum operum, ſic ſceptra ſuperſtes
SIGISMVMDE diu teneas, concorſq; rebellem
(Quod faxint ſuperi) uincas cum Cæſare, mūdum.

Hos uerſiculos cum ceciniſſem, Dantiſcum meum conueni, aderat mecum Gaſpar Lyſita (inter poetas clarus) ecqđ ſibi de Heroicis meis uideretur, cū interrogaſſem, oportune (inquit) Dantiſcus, calcaria enim ſponte currenti, addidiſti. Sed niſi moleſtū uobis eſt, meos quoq;, Quibus iter noſtrum huc ex Sarmatia complector, legitote. Qđ ut auidius nos aggrederemur, mellitum cruſtulum porrexit, ſunt enim inquit, & Diuini Gurcenſis laudes, quantum ꝑexiguo fieri ingenio potuit, nō ſpernēdæ. Tuis autē cras ſi feriabor, mutuū recētū dabo. Quos cū legere exorſi eſſemus ut mihi impartiret rogaui, ac nequiſpiam Principis mei laudes in occulto, deliteſcerent, ſubſcripſi.

DE profectione Sereniſſimi SIGISMVNDI Regis Poloniæ, Magni Ducis Lituaniæ, Ruſſiæ Pruſſiæq; &c. Dñi & heredis, poſt uictoriã contra Moſcos in Hungariã IOannis Dantiſci
SYLVA.

ENVMERAT uaſti luctantes æquoris æſtus
Nauita, per Sirtes, aut ſaxa Ceraunia uectus,
Incolumis poſtquam rediit. Sua prælia miles,
Aeratas acies, & tot per uulnera mortes,
Saluus poſt cladem proſtrati diſſerit hoſtis.
Venator ſyluas, ſaltus, & luſtra ferarum,
Et pedicas, ſtructaſq; plagas, & rhætia ceruis
Protenſa enarrat. Longis peregrinus ab oris
Cur ego non referam rerum, uarioſq; uiarum
Borysthenes. Anphractus? quos inuicto cum Rege Polono
Ambiui, & Scythico ꝙ abuſq; Boryſthene ductus
Hactenus, ad ripas celeri, quas alluit unda
Danubius Abnobiis Iſter labens ex montibus ingens.
Quæ nam cauſa uiæ primum? quis tract9, & unde
Dicite Pierides, nec enim ſine numine quicquam
Vos dixiſſe reor, clarius dum ſpirat Apollo.
Inclytus Arctoo Rex qum ſub ſydere cœli
Orſcha arx. Heroum Sigiſmundus honos ſuperauit ad Orſcã
Moſcorum infidos populos, ut fœderis icti
Diſrupere fidem, tandem ut ſunt undiq; fuſi,
Fama quidẽ nota eſt, a Gadibus uſq; ſub Eurum.
Vladiſlaus Hung. rex Pannoniæ ſenior iam Rex effœtus, & æger,
Ex mediis illum caſtris reuocauerat ad ſe,

Fraterni uis tota in eo pendebat amoris.
Dulcibus hunc uoluit supereſſe Nepotibus, hiſq;
Conſeruatorem fieri, robuſtior ætas
Creſceret ad regni moderandas donec habenas.
Paruit atq; ultro, Cuneis, Turmiſq; relictis
Ante Boryſthenias rurſum quas cœperat arces,
Vtq; ſolet, citius proceſſit magnanimus Rex.
Noluit in tanto, quamuis diſcrimine rerum
Fratri deeſſe ſuo, tandem quem uiſere fati
Ante diem extremum uoluit, ſic concitus ergo
Non perteſus iter, non tempora dura, nec acres
Dum glacialis hyems Aquilonibus aſperat auras,
Protinus ex Vilna Lituanis ſoluit ab oris.
Ventum erat ad Gracci (quæ nunc Cracouia fert) Mænia, pauliſper remoratus, liquerat illic
Reginam, grauida Regni quæ pondus in aluo
Geſtat adhuc, cuius leuis expectatur in horas
(Dii faxint fauſtum) partus, ſubitoq; receſſit.
Sleſiacis primum piſcoſis appulit aruis
Quicquid ibi lacus eſt, & ibi uia lubrica eundi
Limoſam per humum, uenit obuius illico claris
Dux Caſimirus Auis genitus Teſſnenſis, & illum
Regali luxu, dignoq; in honore recepit,
Attigit hinc fines, ubi præſul Thurſo Morauos
Præſidet eximius, qui relligione ſecundus,
Eſt nulli, pietate, nec eſt in rebus agendis,
Hoſpitis hic etiam manifeſto pectore tanti
Aduentu gaudens, obiter proceſſit, eumq;
Excepit, memor illius primordia uitæ
Eſſe ſuo in regno, quare impartiuit honores

Vilna metropolis Lituaniæ.

Cracouia.

Regina poloniæ grauida.

Cazimirus dux Teſſnẽſis.

Thurſo morauiæ Epiſcop9.

Quos potuit, cunctos recte officiosus ad usus.
Post iter ad montes emensum, nubilus Auster
Aethere concretos ex toto soluerat imbres
Contexitq; solum, teneras cum floribus herbas
Qui sese sensim radios ad solis iniqui
Extulerant, hieme affecit, nec inertia solum
Germina reddiderat, uerum penetrauit adusq;
Membra uirum, tamen a concepto nulla mouebat
Ad Hũgariã iter. Tempestas Regem, rigidi inclæmentia cœli,
Abruptæq; uiæ, nec enim iuga celsa, nec ulla
Obfuit intento res quo minus iret, in omnem
(Vt solet) euentum propere, concessit ad oras
Tirnauia. Sic tandem Huniacas, quo se Tirnauia late
Disposuit, uenit illustris Georgius illac
Margrabius Brandẽburgensis. Germana ex Regis genitus, non Hectore certe
Inferior, si quis uel Marte, aut uiribus illum
Prouocat, acer init, detrectat deniq; nullum
Certamen, residens procærus Corpore toto
Gradiuo Cataphractus equo, præcessit in armis
Spectatu pulchrum, multos pulchro agmine prin
Episcopus quinq; Ecclesiensis. Venit & Antistes numeroso milite cinctus (ceps.
A templis magno decoratus nomine quinq;,
Quem tulit ad tanti, prælarum culmen honoris.
Nuda fides, probitas, uirtus, reuerentia diuum,
Et facile ingenium, rerumq; scientia multa,
Hic collega Ducis Regem sub nomine Regis
Pannonii excepit, pariterq; ad uerna citati
Littora Danubii duxerunt, arcte ubi parua
Posonium. Est sita Posonium, non longe a littore nota
Quondam nunc toto quæ nomen habebit in orbe.

Postquam narratum est propius uenisse Polonas
Hinc atq; hinc acies, pulchras & in ordine turmas,
Rex VLADISLAVS carpento protinus æger — Vladisla9 rex Hun.
Obuius in campum tenero cum rege profectus, — Ludouicus rex hun. & Bohemiæ.
Heroum magna stipante utriusq; caterua
Regni, exoptatum iam longo tempore fratrem
Excepit coram, uerbisq; affatus amicis
Regali paruam pompa deduxit in urbem.
Hactenus ex Scythia, Moscorum clade peracta,
Totq; equitum, peditumq; globis, castrisq; relictis,
Peruentum, solum fraterno ductus amore,
Visendiq; etiam studio (si forte futurum est)
Cæsaris, ut Christi fieret pax una per orbem.
Huc igitur Langus tectus rubro ora Galero — Cardinalis Gurceñ.
Appulit, ingenio multum uersatus, & arte,
Resq; gerit cunctas a Cæsare missus ad istos
Legatus Reges, nostræ si uerus amator
Relligionis erit (siquidem est non ambigo uerus)
Contra Scismaticos templi dabit arma rebelles,
Et contra hos nostri, sitiunt qui sanguinis undas
Crudeles Turcas, nuper Sarnouia ad arua — clades hũ. Sarnowitz
Ingenti qui Christicolum sparsere cruorem
Clade, domi donec perplexa negocia aguntur,
Sin aliter totum nunc paruo fomite mundum
Incendet, tenet ipse sinu, pacem, armaq; eodem.
Si quisquam quẽ Martis amor, quẽ feruor habẽdi
Exagitaret, in his forsan decernere rebus
Deberet, res acta foret, iam prælia dudum
Per maria, & terras insano turbine adessent.
Sed pater omnipotens, mũdi cui machina curæ est,

Talia ſcit cuius ſtudio committere debet,
Ad Gurcē Commiſitq; tibi Præſtes uenerande, tibi inquam
ſem apoſt/ Qui fidei, & decus es Romani dulce Quirini,
ropha. Cardineiq; chori ſpecimen, tu bella prophanis
Decertata odiis, iras dudumq; repoſtas,
Et clandeſtinas remoue de pectore rixas
Primorum Chriſti procerum, diſcordiaq; uni
Pectora, nil poteris ſuperis, nil deniq; terris
Gratius efficere, en coniurant monſtra profundi,
Petri nauis Thrax ferus, & Macedo, mæothidis accola, & Iſtri
Nauiculam in Petri, quæ mergitur obruta pene
Vndiq; fluctiuagis per mille pericula in undis.
Eripe namq; potes, miſeratus, te duce tandem
Aeolus immodicos reuocabit ab æquore flatus
Mitior, & clauſis fera flamina condet in antris.
Serpit ab extremis, ut uirus in intima membris,
Viq; leui penetrat ſenſim præcordia, donec
Occupat in toto quodcumq; eſt corpore. Flamma
Vt ſolet exardens in tectis tollere quicquid
Contingit propius, paſſim graſſata, parumper
Obuia conſumit, creſcitq; ualentior ignis
Liberius quum iam furit, & bacchatur aperte
Nil manet intactum, ſic dudum Thracius hoſtis
Abſtulit at ſparſim (pudet enumerare) tot agros
Oppida, caſtra, urbes, & regna tot inclyta quondā,
Nititur ulterius, miſerandum, nemo reſiſtit.
Chriſtiani Huc Aquilas, Aguem, Gallum, fuluumq; Leonē,
Principes. Hybernumq; trucem, diti cum rege Britanno,
Et qui ſe Solymæ titulis, zonæq; peruſtæ
Extollunt defer, Germana potentia uires

Hic

Hic precor ostendat, nõ deerũt Sarmata & Hũnus
Assidue, ducunt multis qui prælia ab annis,
Martia tot contra Machometis castra tyranni.
At quoniam proprio contendunt marte uicissim — Intestinum bellum.
Nunc aliqui, quos relligio deuinxit ad arma
Regis in Osores, qui mortem morte fugabat,
Risus, sputa, alapas, flagra, clauos, passus in alta
Pro nobis furca extensus, quam nemo tuetur,
Saluifici labefacta cadit respublica CHRISTI, — CHRIstus
Fitq; minor, sic & cunctas decrescit in horas.
Quid contra paucos, quorum furor urget Enyus
Discordes, animos, credis nunc posse tot hostes?
Imperium quorum subiit tota Africa, & ingens — Infidelium potentia.
Pars simul Europæ, atq; Asiam qui sub iuga dudũ
Miserunt, & qui toto dominantur in orbe,
Munitæ nihil his celsis in montibus arces,
Nil urbesq; obsunt, uites populantur &, agros,
Abducuntq; homines, nec enim munitio prodest,
Desertis postquam sulcis non semina dantur.
Vertite dira procul superi, nisi rebus in istis
Vnio nunc fiat, Bizantia pestis, & Istri,
Euxiniq; lues, Petri corrumpet ouile. — ouile Petri
Hoc prohibere potes solus pater alme futurum,
Instantes extingue faces, ne fortior ignis
Post contemnat aquas, primis his motibus obsta,
Hoc pietas, iurata fides, hoc suadet honestum,
Vtile erit cunctis qui CHRISTI nomen adorant.
Ne te seducant, magni nec Cæsaris aures
Tot querulis deinceps precibus, uel munere uincãt, — Fomites belli.
Hii qui bella fremunt, & nunquam bella capessunt

Aduersus fidei, tot tela minantia nostræ,
Omnia ui quondam male dum concessa tenebant,
Fastu sub tumido, & sub cuncta licentia agebant
Immodica, nullamq; prius confinia pacem
Ad quam deuincti fuerant habuere, sub armis
Gentiles subiere domus, uicinia late
Abies. Vastantes, testis locus est nunc Abiete nomen
Qui tenet, ingenti est quod nactus clade perhenne.
Nunc etiam possent tranquillo uiuere luxu
Deliciisq; frui (pro ut consueuere) uicissim,
Sed Stigiis emersa uadis sic uersat Erynnis
Illorum mentes, ut summo a præsule bellis
Decretis obsint, contra Machometica castra,
Votaq; quod tantis faciant discordia ceptis,
Inficiantq; animos, ducantq; in prælia mundum
Christicolum, quare superi olim tempore prisco
Non castigarunt frustra delicta nocentum.
Sed feror in præceps, quo cepi rursus eundum est.
Huc eciam domina. Legatus missus ab urbe
Aduentus Cardinalis Strigoniensis. Cardineo summiq; patris suffultus honore
Pannoniæ Primas Regni peruenit, in isto
Conuentu multa ingenio, qui multaq; fido
Commoda consilio pro Regni utriusq; salute
Disquirit, uelletq; libens succurrere rebus
Ne sic infectis hinc Reges forsan abirent,
Nanq; uidet prudens, per multa uolumina rerum
Tot mala que paruis sunt exoriencia causis.
Nunc igitur (quamuis Labyrintho quicqd agendũ
Fertur in ambiguo, quodamq; errore laborent
Omnia) spes magna est cunctis, prudentia Regũ

Iſtorum, tot Pontificumq; Ducumq; probata
Inuenta, hoc quod adhuc uertēt in dulcia amarū eſt.
Sic lux poſt tenebras, Aether poſt nubila clarus,
Sæpius & ſic poſt aduerſa ſecunda ſequuntur.
Quid referā innumeros Proceres, Heroas, & auro — Pompa regum.
Torquatos Equites, huc qui uenere ſuperbo
Regū in circuitu, quid equos, phaleraſq; rubentes
Auratas Chlamydes, precioſa Monilia, gemmas,
Hunnus que diues, Moſcorum ex clade Polonus
Quæ tulit acer Eques, fortis quæ deinde Bohem9,
Enumerare prius poſſem, quot Cinthia pleno
Dum fulget cornu ſint aurea ſidera cœli,
Igneus & medio dum flagrat Phœbus in axe
Quot ſeges omnis habet tenues p iugera Ariſtas,
Quot ſparſim uoluat Lybicoq; in littore arenas
Auſter, dum tumido bacchatur turbidus æſtu,
Singula quam tantæ ualeam ſpectacula pompæ
Dicere, totq; graues currus, rubraſq; quadrigas
Multaq; nulla prior quæ uiderat ante uetuſtas.
Nec ſolum tanti Martis, Procerumq; tumultus,
Venerat huc etiam doctorum clara Virorum
Concio, de quibus huc a Cæſare miſſus ad iſtos
Cuſpinianus erat Reges orator, habunde — Cuſpinianũ.
Doctus, & in uariis uerſatus rebus agendis,
Phillyrides certe uel noſtro tempore Chiron
Et medica fertur preſtans ut in arte Machaon,
Tam bene languori uario, morbiſq; medetur.
Fotus & a teneris ſolers Sperantius annis — Speranti9.
Aula in Cæſarea, nudæ uirtutis amator,
Ingenio promptus, multum facundus & ore,

Seu leges, uel iura patrum, uel carmina dicat.
Balbus. Balbus item Phœbi quondam, nunc rite ſacerdos
Et Iouis interpres ueri, qui grandia facta
Hunniaci ſcribit regni, totq; ædidit olim
Quod ſua non potis eſt unquam euaneſcere fama.
Piſo. Piſo etiam noſtro uir in æuo doctus & acer,
Magnorum nuper qui multa negotia Regum
Tractabat, quod ſi ſtricto pede, ſiue ſoluto
Aggreditur quicquam, nil eſt exactius. Exin
Riccardus Appulit Hetruſco Riccardus ſanguine cretus,
Grandia qui cecinit Romani Cæſaris acta
Egregius Vates, tum notus primitus, & tunc
Sæpius humana mihi conſuetudine iunctus.
Gaſpar & inde meus, Caliſtus forte puellæ,
Vrſinus. Vrſinus cognomen habens, ætate Tibullo
Et par ingenio, Graio & ſermone Latino
Imbutus, Vates & Præco Cæſaris ingens,
Sæpius hic culto certauit carmine mecum
Leniuitq; meos pertæſo in corde dolores
Quos cœpi ſenſim tabeſcens tædio in iſto,
Candida iam noua ter rurſum ſua cornua Phæbe
Induit, Arctois procul hinc ꝙ uiuimus oris,
Omnia pulchra q̄dem, ſunt omnia amæna ſub iſto
Tempore, per mōtes, per plana uireta, per amnes,
Per uernos proſpectus agros it lætus, at ipſa
Iam mora ſola nocet, nobis mora ſola moleſta eſt.
ad Cæſarē Ergo ueni tandem Cæſar Romane, citatum
Aduentum Reges cupiunt tibi ſanguine iuncti,
Non ſolum tecum contra hoſtes fœdus inibunt,
Tu modo ne deſes toties uideare morando,

Sed tecum connubia, ſed lætos hymenæos.
Mœnia ſi Auſtriacæ nunc ſunt adeunda Viennæ,
Danubiuſq; celer tranandus, ſiue locanda
Ad ripas campo caſtrenſia tecta in amico,
Vel quocunq; loco placeat congreſſus, ad iſtos
Accelera Reges propius, iam tempus & inſtans
Depoſcit contra Moſcos occaſio belli,
Inq; feros Turcas, qui nuper clade cruenta
Affecere tuos Hunnos, non ſegniter ergo,
Ergo ueni, cupidiſq; tui te protinus offer.
Sic me etiam, modo te uideam, nec aduſq; pigebit
Danubium, a gelidis ueniſſe Boryſthenis undis.

Perendie cum propter Danubii ripam, neſcio quid nugarũ meditans, ambularem. Dantiſcus affuit, interpellanſq;, En tibi Apophoreticum, ĩquit, ſi uolupe erit, tuũ in Diarium congeres, his dictis abiit. Quod cum ego lectitaſſem, hoc albo non indignum appoſui.

IOANNES DANTISCVS RICCARDO BARTHOLINO.

SI RERVM pensare uices libet, ordine certo
Quas natura parens statuit, Riccarde, uidemus
Omnia sub iusta moderari lege, modoq;,
Astra suos seruant, quos consueuere meatus,
Seruat uterq; polus solitum quo uoluitur axem,
Seruat & hæc ingens immensi machina cœli
Rerum cõcordia. Circuitus, quibus hunc in se complectitur orbem,
Phœbus ab extremis ut dudum emergitur Indis,
Et Tartesiaco se rursus in æquore condit,
Ipsa suo pleno Latonia tempore cornu
Fulget, tranquillæ per opaca silentia noctis,
Illumisq; etiam paruum decrescit in orbem,
Et perit, atq; redit, nunquam stata tempora fallit.
Annus habet glacies, habet æstus, ueris amœni
Autumniq; grauis pluuias, sua tempora tempus
Quodq; tenet, sunt forte sua contenta uicissim
Omnia, nec fines, & littora præterit æquor.
Deucalionis aquas olim, Phaetontis & ignes
Sustinuit tellus, sunt omnia tuta, fidemq;
Nunc elementa datam nobis post Iridis arcus
Non temerant, fateorq; animantia cuncta sub una
Quæ uiuunt specie unanimi sunt fœdere iuncta.
Ferarũ cõcordia. Non Aper in similem per syluas irruit aprum,
Vrsus in atrocem sæuit non efferus Vrsum,
Nec Draco in Hesperium misso furit igne dracoñe.
Hominum ferocia. Solius est hominis (quamuis animantia longe
Innata exuperat ratione) ferocia maior,

Omnes armorum ſtrepitus, Martiſq; tumultus,
Quæq; uides tormenta, ſudes, thoracas, & haſtas,
Tela, enſes, frameas, arcus, uolucreſq; ſagittas,
Contra homines effinxit homo, meditatur in horas
Pluraq;, quis poſſit per plurima damna nocere.
Per Maria & terras, per multa uolumina rerum,
Itur in anguſtum diſcrimen & omne periclum,
Inuiſæ ſaltem rumpantur ut otia pacis.
Sic ardor multos, & habendi dira cupido
Verſat, pertæſos tranquillum uiuere, ſemper
Quin agitent quicquam ſuperis, terriſq; peroſum.
Hinc tot bella, Acies, cædes, deſertaq; rura,
Oppida, diffractæq; urbes, & inania regna,
Et campi tocies diſperſis oſſibus albent.
Tales qui totum duxere in prælia mundum
Hortare ad pacem, nec opus calcaribus eſſe
Cenſeo equis ultro properantibus, ille profecto
Non monitoris eget, placidæ qui pacis amator
Sedulus eſt, & qui pacem depoſcit & optat.
Inclyt9 a multis SIGISMVNDVS fauſtiter ãnis
Pacis amans ultro nunquam, ſed ſemper in hoſtes
Arma laceſſitus ſuſcepit, non tamen unquam
Contra Chriſticolas, uerum in crudelia caſtra,
Boſphorõ, & cõtra Myſoſq; Gethaſq;, ſcythaſq;,
Hunc igitur, cuius terras, ſpacioſaq; regna,
Parrhaſis Arctos agit per Balthea littora magni
Occeani, prope ad Euxinum diffuſius Aequor,
Vt noſcas, quantum pacem deſideret omni
Pectore, ne graue ſit paucis aduerte docebo.
Sleſiacis primum, regnum germanus habebat

Ardor ha/bendi.

SIgiſmun/dus Rex.

Sigiſmuñ. dux Sleſiæ

Donec Alexander patrium, dux Iustus in oris,
Iusticiā (solet ut semper) librabat in æquis
Lancibus, & cunctis iuste impartiuit eandem,
Nullus erat prædo, nullúsque grassator in antris,
Per stratas, omnesque uias, per compita passim,
Ibat securus tranquilla pace uiator,
Vndique cunctarum fuerat pax optima rerum,
Hoc sentit præsens, hoc postera sentiet ætas
Quantum consilio, quantumque salubribus actis
Profuit, & post se quam commoda multa reliquit.
Qum frater demum fato concessit ad astra
Conflato regnum grauiter qui affecerat ære,
Sigismūd. Rex pol. Vnanimi procerum consensu sceptra recepit.
Orsus ut instantes uix restaurare ruinas
Hlinski Rex nouus, infida propere dux fraude Michael
Concitus, ad Moscos defecit, turpiter hostis
Factus, eos secum Lituanas duxit in oras.
Hæc paci intentus rex ut cognouit, omissis
Prima contra moscos uictoria. Omnibus in regno, uelocius obuius ibat.
Inde citum permensus iter, mox ipse priusquam
Fama aderat, subito Moscosque, Ducemque fugabat,
Pone sequens uictor per lata Borysthenis arua.
Princeps hinc Scythicus bellum exitiale timebat
Perculsus, pacem orandam, deponereque arma
Censuit, ad regem Legatos munere multo
Transmisit, suplex ueniam, pacemque poposcit.
Fœdera rex pepigit, generosi pectoris iræ
Sunt siquidem faciles, & mens ignoscere lapsis
Supplicibusque solet leuiter regalis, habent nam
Diis animos similes reges & pectora magnis.

Limiti

Limitibus demum positis, & finibus orbis
Sarmatiæ, æternum fuerat uulgata per omnes
Aequoris & terræ positus pax inter utrumq;,
Quæ tamen (ut referã paulo post) fracta Scytharũ
Fœdifragum ut mos est, grauiter nõ mansit inulta.
Ad regnum rediit iam credens omnia tuta
Heroum SIGIsmundus honos, pacemq; repostam
Militibus missis erexit, & ocia cunctis
Libera distribuit, tedæ subiere iugales
Quærere quas uoluit Germanis forsan in oris.
Perfidus interea Valachus, cui Mysia paret
Inferior, dum rex sperat lætos Hymenæos
Fraude Leopoliam multis obsederat urbem
Agminibus, late Podoleis castraq; in aruis
Omnia depopulans statuit, per tela, per ignes,
Sic choreas, dulcesq; iocos, & cœpta fefellit
Gaudia, Rex igitur prudens, ut semper ad omnes
Res solet esse graues, nihilo demissior (uno
Spectatur uultu sint tristia siue secunda)
Millia confestim collegit multa suorum,
Hæcq; insperatos propere dimisit in hostes
Hostis ut hæc sensit retro fugiebat ad arces
Quas habuit proprias, ad syluas, adq; paludes
Non ausus conferre manus, gens Regia late
Terga sequebatur, totq; oppida, castra, casasq;
Exussit, longe sæuum populata per arua
Mysia, tot Ducibus captis, procerumq; cateruis,
Postremo rediit spoliis illesa superbis.
Et nisi Germanus senior, qui sceptra gubernat
Pannoniæ, rem pacasset, iam Mysia tota

Valachi irruptio.

Victoria contra Valachos.

In cineres pro perfidia conuerſa iaceret.
Hinc Valachus ueniam ut petiit, captoſq; redemit,
Res eſt ſub cœlo uix credo notior ulla.
Sic iterum dura laſſatus Caſſide uictor
Pectore uoluebat, poſitis grauioribus armis,
Pacem, qua totus nihil orbis gratius in ſe
Nuptiæ Regis. Continet, Hunnorum præclaro ſtemmate, pulchrã
Reginam duxit, ratus hinc ſecurius annos
Dulciter exigere, & regno dum fata uocarent
Hæredes patrio tum poſt ſe linquere, uertit
Omnia ſors aliter, mouit furialis Erynnis
Tartarorũ inuaſio. Hyppophagos Nomades gelida mæothide ſeptos
Hii clandeſtino ſub uerno tempore greſſu,
Præter ſpem innumeri, regnum inuaſere Polonum,
Vt ſueti rapido tranſire per omnia curſu
Millia multa hominum, matres, uetuloſq; parẽtes,
Reptantes pueros, iuuenes, teneraſq; puellas,
More ſuo iam nexerunt, miſereq; ligarunt,
Occiſis multis, iam iamq; abducere longe
Cœperunt, tum rex ſubitis, & rebus in arctis
Congeſſit turmas equitum, peditumq; cateruas
Quas potuit, iuſſitq; ſequi ueclociter omnes,
Ventum erat ad cuneos ſpoliis, prædaq; refertos,
Qui nil ceſſerunt, contra confligere magno
Quin etiam clamore dabant ſua ſigna uolentes,
Parte ab utraq; ſtatim niſu, & conamine toto,
Bellatum, fortuna diu ſtetit eminus anceps,
Victoria cõtra Tartaros. Verum quam cito ſe gens regia cominus hoſti
Intulit, & uolucres detorſit ab aure ſagittas,
Terga dabant Nomades, ibidem bis dena Gethaꝝ

Millia trunca iacent, abducti sicq; soluti,
Ad patrios tandem salui rediere penates.
Pax iterum fuerat sed paruo tempore, cladem
Post istam, donec periuro pectore Moscus
Sacramenta, fidem, iurataq; fœdera rupit, Mosci psi dia.
Adiunctis belli sociis, qui templa Quirini
Romani obliti, templi adiunxere prophanis
Se hostibus, & regem conspirauere (nephandum)
Contra Christicolam. Sed Diis sunt omnia curæ,
Hii non permittunt Titanas Pelion ossæ
Iungere, consilia & nunquam tam dira secundant,
Qualiter hoc bellum confectum scribim9, omnéq;
Historiæ seriem, quod si mihi uita manebit
Versibus innumeris conscriptum utcunq; uidebis.
Hoc obiter tamen est addendum, quinq; carina Victoria contra Moscos.
Myriades Stigia Charon una luce recepit
Moscorum, primosq; Duces, primosq; senatus
Principis infidi captos SIGISMVNDVS i arcto
Carcere habet, qui compedibus, durisq; cathenis,
Deuincti, pro commisso dant crimine pœnas.
De reliquis bello sunt nobilioribus isto,
In uiuis siquidem plusquam duo millia capti.
Sponte nocet nulli, nisi proritatus, habunde
Contentus propriis, sua quæ sunt cuiq; relinquit,
Parte sed ex omni fines & parta tuetur,
Sicq; lacessitus quandoq; citatur ad arma,
Velox egreditur, munitus milite forti,
Et duce iusticia superat, semperq; triumphat.
Nunc quamuis uictor tot grandia bella peregit,
(Victores inflare solent res sæpe secundæ)

Non renuit tamen hæc ineundæ fœdera pacis
Ex mediis ad quæ castris huc uenit, omissis
In tot prostratos armis uictricibus hostes,
Pace frui cupiens interq; capedine longa
(Metire a gelidi sit quanta Borysthenis undis
Rex a Borysthẽe ad Danubiũ. Danubii ad ripas distantia) pacis amator
Hactenus ad pacem ex regno præcessit habẽdam,
Non tamen ut prorsus iam segnis bella timeret,
Sunt uires, est mens, gentesq; ad prœlia multæ,
Sed contra inuitus gentiles suscipit arma
Christicolas, quos tot bellis defendit, & illos
Infidis semper tutatur ab hostibus, ergo
Parte libens ista confecta in pace maneret,
Quam si quis temere iniustis conabitur ausis
Rumpere, quæ nollet tandem cogetur inire
Bella lacessitus, sua sic & parta tueri.
Hos igitur cum complicibus quos ardor habendi
Arietat, hortare ad pacem, concordia rerum
Fœdera, confusumq; chaos compage soluta
Hos docta, & longa doceas ambage, uel illos
Si pacem penitus nolunt, gaudentq; sub armis,
Ista cothurnato compelle ad prælia uersu
Quæ nunc pro Christi, si quisquam uellet amore,
Oportunũ bellum. Depositis intestinis a pectore rixis,
Instant, præclaris accommoda tempora bellis
Sunt etenim, huc ducas tam multo marte furẽtes,
Dum Sophus in Turcas immania classica ducit,
Quem nuper tota fudit cum gente, morandum
Græcia. Non esset siquidem, nunc posset Græcia uinci,
Et Constantini, Bizantia mœnia, magni,

Thracia tota iugum, Trapesunciaq; arua subirēt,
Inde Palestinæ tellus promissa sacratæ,
Mēphis, Persis, arabs, babilō, sacra culmīa Synæ,
Totus & usq; nigros mundus caperetur ad Indos.
Rex SIGISMVNDVs adest, diuini nominis atris
Hostibus infensus, contra illos fœdera iunget
Sint modo qui accipiant, nō detrectabit in omnem
Euentum, contra Machometica pergere castra,
De quibus unanimi (dii faxint) pectore iuncti
Belliger & magno Cæsar cum Rege triumphet.

Vix hosce uersus subscripseram, cum Gaspar Vrsinus Poeta, sane industrius & mihi coaulicus fores irrumpens, Diurnā hanc, inquit, fœturam accipe ac Moschice, uix inclinato capite abiit. Ego cū diu ridendo ramices pene fregissem. Legi, quantū per risum potui, quos obiecerat uersiculos, in qbus cum non uulgares & Gurcensis laudes, & Ioannis Episcopi Vratislauień. nomen legissem, quē ego, propter diuinas eius uirtutes, & morum suauitatem, doctrinamq;, ac miram in litteratos beneuolentiam quas, & si ab aliis, Gasparis tamen præconio uberius intellexi, ueneror & colo, piaculum me facturum putabam si uersus non inseruissem.

AD REuerendissimum in CHRISTO Patrem, & Dñm D. Ioannē Thurzo Vratislauieñ. Episcopū, patronū suum meritissimum, de conuentu Posoniensi compēdiaria Epistola Gasparis Vrsini Velii, Silesitani.

VINDELICIS Augusta iacens late inclyta terris
Nos tenuit bis Thurze, decem cum principe soles,
Inde Licum emensi ratibus, iam classe parata
Danubium regnatorem sulcamus aquarum.
Multa quidem ripis spectauimus oppida circum
Vitigeros inter colles/castella/situmq;
Vrbis ab exiguo quæ ducit nomina Rego.
Quaq; suum amittit nomen torrentior Aenus,
Danubiumq; opulentat aquis & flumine magno
Cōflu9, applaudūt nymphæ istrides istrides undæ
Et iam se Rhenum credunt æquare bicornem.
Haud Procul inde aūt Greineia ubi mœnia surgūt
Est locus horrendo qua uertice proruit Ister
Præruptis scopulis utrinq; arctatus, & una
Parte absorbet aquas, aliaq; excussat ab imo
Naufragos fluctus, uisu miserabile, nautæ
Sæpe etenim illidunt naues, nant flumine merces
Precipitantq; uiri mersati gurgite uasto
Frustra heu Nicoleon & numina sancta uocantes.
Nos ausi penetrare, ipsi posuere repente
Venti, terribiles uisiq; silescere fluctus.
Credo equidem sensere uirum quem flumine amico
Deueherent, gratum diis & mortalibus æque.
Atq; ut Pannoniæ uentum est ad pulchra Viennæ

Mœnia, successum & tectis, mox prima uirorum
Delectos proceres, princeps acciuit habendo
Concilio, acturus magnis de rebus/ & inde
Secessit Stiriis confinia ad oppida terris.
Hic porro interea nos consuetudine suaui
Doctorum fruimur, mihi Cuspinianus in illis
Est potior, uir enim hic mellito fundit ab ore
Dulcia uerba quibus mollescunt pectora regum
Diues, opum, forma excellens, & pectore magnus,
Et quo cum magna digressus ab urbe Quirini
Germanos late populos patriamq; reuisi
EGIDIus præstante Remus cognomine, quo non
Candidiorem animam Lucina in luminis auras
Protulit, ipse sacras leges Romanaq; iura
Nouit, & est inter consultos Principis unus.
Ac longe ante alios facundus diuite uena
Eloquii præstat Vadianus, & innumera ui
Carminis, imparili pede, seu pede fluxerit æquo.
COSpus, itē Aemiliæ parui ꝓpe flumina Rheni
Natus, ad extremam bonus atq; suauis amussim.
Ausonio reliquos æquat sermone Pelasgo
Ore præit, mecum hic magnæ de mœnibus urbis
Delitiis, genioq; solet non pauca Quiritum
Differere, ah nimium nimium distamus ab illa.
Quin & amicicia nobis coniunctior, ori
Ingenioq; modum scite qui figit honestum
Rudolphus, latices iuuenis satur hippocrenes,
Nunc & Rhetæis gens dura sub alpibus audit
Aut simile, aut melius Peligni carmine Vatis.
Et iam Pannonius rex, & rex Sarmata fratres

Posonii coiere, prior sed Pannonius Rex
Iam grandis natu & defecto corpore languens
Filiolo cum Rege, sua cum principe nata.
Alter ab extremis Scythiæ comitatior oris
Victor ouans gelidiq; Boristhenis affuit undis.
Nuncia ut ad Langum peruenit epistola regum
Aduenisse uiros, mox apparat ire uocatus.
Quo cum ceruleas instructa classe per undas
Omnes deuehimur pia numina uoce sonantes,
Numina quis magni ius est maris & fluiuorum
Precipuum, & læti iam optata ad littora regum
Venimus, imperio nobis genitoris amico
Aduorsum natu rex ipse nouissimus iuit
Torquatos inter proceres interq; togatos
Pontifices. ipse emicuit ceu sydereus sol
Blanda tuens, huic flaua genas lambitq; tegitq;
Cesaries, omni subeunt ex parte ministri
Auro intertextis induti uestibus omnes
Diuersos illic habitus atq; ora uirorum
Vidimus, inter eos studiosus Sarmata cultus
Regifici, quamq; est habitu tam corpore pulcher.
Nec sua defuerunt Germano serica, non &
Copia pictai uestis, fulgentis & auri.
Quamq; grauis cultu tam gens fuit ore uerenda
Vbertate tamen panno precelluit acer
Siue auri uestes, siue auri pondera cernas
Vera loquar, sed parua charis, quia simplice uestes
Arte laboratæ membris ingentibus herent.
At laus est patrio non ultima uiuere ritu
Indigenas, & non externi summere cultus

Luxuriem

Luxuriem, ac mores non perdere præstat auitos.
Ora perusta gelu crudus Scytha turpia Moschus
Imbellis sublime apicato tegmine uincit,
Atq; latus curuo procedit acinace cinctus.
Iamq; decem totidemq; dies fluxere, peractis
Conciliis, magnis impensaq; tempora curis.
Cum bene compositis diuino pectore rebus,
Auspicibusq; deis, quas non est dicere, Langus
Digreditur, læti dominum comitamur euntem.
Sarmatico Langus celerem dedit astura regi,
Nobilium pelles subito rex ipse ferarum
Treisq; simul pateras dedit aurea munera Lango.
Atq; ita nos illo discessimus. Hactenus ambo
Et Regem reges, & fratrem pectore fratres
Augustum expectant Augustæ stirpis uterq;,
Magnus uterq; uirum, tum re tum nomine magnum,
Venturum alloquio, quem consilia alta petentes
Heluetii retinent insubro cum duce fortes.
Et Lusitani rex littoris armipotens rex
Emanuel, nec non cui septem cura tuendi
Regna per Hesperios incumbit maxima tractus.
Nescio quos etiam perhibent componere motus
Belgarum, infidi perturbant omnia Belgæ
Haud impune tamen, Deus omnia lumine iusto
Aspicit, o solus quam multa negocia Cæsar
Sustinet & quanto curarum pondere sudat
Subiectos placida populos dum in pace tuetur,
Debellatq; malos & proterit impiger hostem.
Ne tamen ulterius iunctos tibi sanguine Reges
Distineas Cœsar, qualis modo cumq; labor te

Implicitum tenet aut quocunq; ſub orbe moraris
Tolle moram, & uenias, neu dedignare precantes
Aſpectu Reges tua quos Præſentia reddet
Imperio faciles, pariles q; per omnia uotis,
Pacturos animum, atq; æternum in fœdus ituros.

FINIS.

Eiuſdem in Cæſarem Venantem.

SI quis adhuc hominum dubitat te maxime Cæſar
    Sed non uulgaris, numen habere Dei.
Iam ſciat hoc, nudam uidiſti impune Dianam
    Dum ſequeris ceruam per iuga ſumma leuem.
Ira deæ fatum meditata Actæonis, undas
    Sed fruſtra ultrici ſparſit in ora manu.
Proinde rata eſſe patrem uultum demiſit, humiq;
    Fixa uerecundus repſit in ora pudor.
Atq; ait arridens, quid me pater optime tentas
    Corpore an hoc dubitem ſtulta latere Iouem.

Aliud.

Cæſaris arma Senon, uerum haud impune, ſuperbus
    Riſit, & in uili Cæſaris ira fuit.
Riſit idem tumidus contempſit & Adria nomen,
    Nunc cui lenta nimis Cæſaris ira nocet.
Iulius hiis inquit ſapientior. Hunc bene Regem
    In numero nihili dicitis eſſe notam.
Sum decies, quam ſolus, ego cum Cæſare maior.
    Vos tandem hinc unum perdidit, atq; nihil.

Dum itaq; musarū, suauitate delectamur rumor increbruit, Ioannē Vayuodam, cum quinq; milibus pannonū a Turcis fusum, fugatūq; esse. Is. n. cū cis Danubiū esset, ut ali q'd egregiū nauaret opus, pontē in fluuiū iecit, oppidūq; Sarnouiecz ad alterā ripā obsedit. Turcæ collectos undiq; militib9, pannonū castra aggressi sunt, tātaq; ab iis strages illata, ut ægre Vayuoda saucius cū paucis euaserit. Alii factū Ducis culpa dicere, alii explorato℞ incuriā accusātes, defēdere, atq; ut cuiusq; odiū/ac beneuolentia erat, rem culpa dignā, aut indignā facere. Sequenti die, ut cladē tegerent, læuius factū uulgari. Velites scilicet trecētos, a Turcis, q i insidiis erant, intercœptos/cæsosq;. Verū (ut prior fama fuit) præsidium, quod illic tenebatur auiditate gloriæ, a Vayuoda amissum est, Qui cum Regis VLADIslai filiam sibi in uxorem dari urgētissime efflagitauisset, & quo minus cum Cæsare attinitas cōtraheretur, pro uirib9 obstitisset, aliquid præcla℞, gloriosumq; moliri tentabat, ut inde sibi Regis beneuolentia, regniq; fauore comparato/quod optabat, facilius cōsequi posset. Sed longe aliter quā sperabat/accidit, xvi. kalen̄. Iunias festo Ascensionis die, Reges Gurcen̄q; ad templū ꝑfecti sunt, ANNA Regina, obuiam cum se patri obtulisset, aureā corollam, uersicolorib9 intextam flosculis, paterno capiti imposuit. Dulcissimū profecto pietatis spectaculum. Sequentes dies in consilio transacti sunt, ubi iam ab omnibus, quanti & ingenii, & solertiæ sit Gurcensis, plane cognoscitur. Quem in uno damnari sentio, quod ego maxime laudi, & fidei erga Cæsarem Maximilianum non uulgari attribuo, uulgo

Vayuoda profligat9 a Turcis.

Gurc. prudētia i Cæsarianis negotiis.

enim fertur causis Cæsarianis ita firmiter in hærere ut quod semel dixit, nihil propterea extorqueri posse, q̄/quam omni studio, opera, industria, Id tantūmodo meditatur, laboratq;, ut pacē, fœdusq;, firmissimū Christiani imperii stabilimentū, psuadeat. Quare cum tertio Kalendas Iunias mane ad multum diē in consilio fuissent, Gurcensis instando, persuadēdo, cohortandoq; ita negotiū ptractauit, ut fœlicius, auspicaciusq; optari minime potuerit. Nam & regis Sarmatiæ res satis psspere cōposuit, LVDOVICI regis cum MARIA matrimonium firmauit, Reginæ ANNAE partes ita tractatæ sunt, ut de ea integrū Cæsari foret utrū CArolo, FERdinando ue, an sibi ANna nuberet. Sed de hiis alibi a nobis latius differetur. Itaq; peractis rebus tanta ubiq; lætitia orta est, ut etiā præ gaudio Regem VLadislaum referant lachrymas non continuisse. postero die conuiuiū in pannonica regia celebratū est, cōuiuæ, VLadislaus, SIGIsmundus, LVdouicus Reges ANNA regina, Gurcensis, fuerūt. VLADISLAVS in dextro thori angulo accubuit, scd̄us Reginæ paterno lateri locus datus, tertius Sarmatico regi, quartus Ludouico, in quinto Gurcensis discubuit. Diutileq; cū mēsæ accubuissent, & saliare conuiuiū factum, & magnis de rebus, sermo habitus est, tandē ad multum diē rex Sarmatiæ, Gurceñq; domū redierūt, sed cū propius Gurceñ. esset, comitādi officio instātissime fungi uelle, Rex contra renuere, ille orare, diuq; cum in hac humanitatis pugna perstitissent, Rex tandē uicit nutuq; significauit, ut præstites, uiriq; primores Gurceñ. comitarent̄, mira pfecto tanti regis in principē obser/

Regū, gurcensisq; negotiorū cōclusio.

De Annæ matrimnio

Regum & Gurcensis conuiuium

uantia. Sed ad illud redeo, quod profecto inuitus præteriissem, Reginæ Annæ tanta mihi pulchritudo uisa est, ut neq; Palladem, neq; Venerem similē huic esse iudicarim, multo iis formosior ē, quæ habitu cōcinnata Teutonico, supra quā dici possit elegās uidebatur, Aureum caput corollæ treis, faberrimo ordīe dispositæ, circūuallabant, uberes olli crines, a ceruice dependuli, sensimq; sinuato patagio residentes, paulisper ad finem cōglobati, leni quandoq; aura, ut Eberneum, etiā collū p interualla prospiceremus, mouebant. Oculi in alborem pcliues, sed tā decori ut cū eos, uel aperit, uel cōniuet, dubiū sit utrū diuina, an humana censeat. Duo profecto sydera, duos soles, adeo spectantiū animos perstringunt, minus fulgere crediderim. Incessus grauis, animosusq;, & lætabundus. Os non uerba cū loquitur, sed ambrosiam ac nectar, aut si quid dulcius est, profert. Quodq; optatius, iam nubilis est, iam paphius flos legēdus, qui, & si nimis recens uidet, tamē cum rorem matutinum hauserit, pandiculabit illico, atq; adolescet. Hanc igit Cæsar, ut dixi, uelit ne in uxorem accipere, an alteri nepotū dare, sibi integrum reliquit. Sed ego per deos iurarem immortales, si hanc uiderit, nusquam de nepotibus fiet sermo, sibi uolet.

Annæ Reginæ laudes.

Finis primi libri. Sequitur secundus.



Vm igitᵉ omnia ex sententia tractata fuissēt X. kaleñ. ad uesperũ paucis comitatus eqs Gurceñ. ut & de rebus a se nauiter pruden/terq; gestis rationē redderet, & aduentum sollicitaret, ad Cæsarē ꝓficiscitᵉ. Tertio kaleñ. Iuñ. Laureacũ pue/nimus, oppidũ sane ꝑuetustũ, nũc Ensiũ uocant, ad flumē Anasum, qđ ex Alpibus fluēs, in Danubiũ descen/dit, a quo Austria bifariã diuiditᵉ, quã incolæ, supra in/fraq; Anasũ appellãt. Inde q̃ttuor itineribus Iuuauiã, sic antiqtus dictã uolunt, petiuimus nũc Saltzburgiũ a flumine Sala/haud ignobili, nominãt. Episcopus in cuius locũ Gurceñ. cooptatus est, & Ludouicus Bauariæ Dux obuiã processerũt, ut salutãdi officio ultro, citroq; ꝑbenigne satis fũcti sunt de loco digniore, grata oĩbus altercatio/orta est. Archiepiscopꝰ Gurceñ. as/surgere(qa Cardinalis)uolebat, Gurceñ. quia loco patris Archiepiscopũ & ueneratᵉ, & colit, contra, ut ille præiret/nitebatᵉ, tandē ut filius parētis imperio obse/quēs, Gurceñ. medius, Archiepiscopus dextra, Dux sinistra urbē ingressi sunt ad uesperꝝ, stratis lautissime lectis, discubuimus, inde chorea ĩcœpta, Gurceñ. & si pudice, ut reuerēdissimo patri suo morē gereret, bis saltauit, quē ego cũ conspicarer exemptilibus (ut meus est mos) oculis utebar, cogitabã ludos ilos olympicos/ad quos Iouē nimirũ descendisse aliquãdo credere sanctũ est. Verꝝ ad diuini uultꝰ grauitatē se ponere aliq̃tisper conabatᵉ ita & inuito quidē grauitatem ipsam augeri animaduertebã. Mane aũt cum prandissemus, ad ui/sendã arcem, ad quã calle angusto, & supino admodũ

Laureacũ oppidum.

Arcis Salz burgimsis dãcriptio.

itur, profecti sumus. Duplex eius murorum ambitus est exterior in rupibus saxosis, ac uerius rupes ipsae, murus est. Crassissimas munitissimasque turres habet, circumque peruias. Interior multo labore intercisis cautibus ab altero disiunctus, natiuo saxo impositus est, ut si ab hoste prior captus fuisset, praesidia quo se reciperent, tutiorem haberent locum. Intus cryptoporticus, quae ad cellas uinarias quoque usum, cum opus est, praestare possunt, nam supra cellarium fornicatum est, optimis uinorum generibus refertissimum. Extra sub ampla, longaque testudine, seriarum ingens numerus, in quibus farina recondita est. Puteus item altissimo uado, unde summo rotularum artificio aqua hauritur. Cisterna alio in loco, Italicum opus, in quam, pluuialis aqua superne, ingenti imbricum ambitu per tessellatum impluuium, descendit. Superius, per gradus natiuo confectos saxo, ad armamentarium, ascenditur, in quo sagittarum spiculorum, scorpionumque uis ingens, omniaque telorum genera uisuntur. Quae & si iucunda spectatu erant, tamen multo iucundiora, quod Archiepiscopus tanquam philo ille (nisi fallor) optimum se, armorum & demonstratorem, & disputatorem ostendebat. Nos itaque cum ad altiora tenderemus, ipse ad patulam arborem se contulit, in qua, centum undique uolitantes pauones, uociferabantur, quos & si ego propter miram pulchritudinem admiratus sum, tamen uel hoc magis, quod totos albicantes sine maculis uidi. Dumque hac atque illhac innumera arcis loca percurrimus, Aulas, auro argentoque fabberrime contignatas ostendimus, Propnigea uero, & hypocausta plastae industria, ita excellebat, ut nullibi elegantiora, me uidisse meierim, illud autem mirum dictu in Aula

quæ in altiſſimo arcis loco eſt, q̃ttuor marmoreæ co/lumnæ īgentis craſſitudinis, erectæ ſunt, quæ in angui um morē contortæ, auratam trabium contignationē, ſubſtinent, ſupra aūt horrea auenæ, tritici, ordei, refer tiſſima ſunt, ubi etiā (expoſitū enim cœlum in arcis fe/ſtigio eſt, Doliola pulueris plena, ad uſum bellicū pa/rata erant, Inde ad tormenta bellica. Poſtea ad machi nam onerariā, molendinariāq; uiſendam deſcēdimus, Ea huiuſmodi eſt, ligna q̃drata equali, ab angulis, lati tudine connexa ſunt, ad angulos, quattuor enim ſnut, ſinguli alligantur equi, meditulliūq; quod ad ſupernū tabulatū attollitur, uoluunt/cui9 uertigine uicina etiā uertitur rota, funiſq; aglomerat, qui ex præcipiti loco currus onerarios p ſemitam trabibus confectā, ad fa/ſtigiū arcis trahunt. At ſi reſtis rumpitur (contigit au tē aliquando) tam præcipiti ruina, onus retrocedit, ut niſi ad multam campo rū planiciem, reſidat. Dum er go cōmeatus in arcem per machinā trahunt, Trabs, quod meditullium appellaui, rotas intabulato uoluit, quibus ſatis frumentorū, molitur. Arce itaq; pluſtra/ta, in urbē regreſſi, cœnauimus opipare. Perendie, nā poſtridie ingens pluuia fuit, Reichallam, Ducum Ba/uariæ oppidum petiuimus, quod (mirꝝ dictu) a uetula, (ut oppidani rettulerūt) inuidia/uel ut uicinū, a quo cō tumelia laceſſita fuerat/ulciſceretur, paulo ante com/buſtū eſt, tamq; repēs ignis fuit, ut plures centū homi nibus ſimul cū ædibus cōflagrauerint, domus tantū re manſit in qua ſalſus puteus eſt, unde maxima ſalis cō/fectura exercetur, & quia quātum hominis ingenium poſſit animaduerti, locum quā breuiter potero ſcribā.

Laus, a cu/ra bellica.

Laus a mi/ro artificio

puteus

Puteus est decē ut arbitror passuū latitudine, ad imū usq; quadrato lapide altissimæ ꝓfunditatis, ad aquā sexaginta fere gradibus descendit, cuius duplex ut Alabarches ostendit, scaturigo est. Nam aqua quæ salsedinē habet, in uado, utpote ponderosior, crassiorq;, residet, defecatior puriorq; supernatat, quæ & multo salsa abundantior, sed ut alterā ab altera haurientes separent miro utuntur artificio. Nam, ex monte, qui Salinariæ īminet riuus præceps per canalem ligneum descendit, rotamq; ingentis magnitudinis, uoluit, cui9 impetu binæ item rotæ circumagunt, Altera est quæ dulcem haurit laticem, super qua, quadruplex urnarum ordo est eiusdem numeri. quilibet enim ordo sexaginta continet urnas, quæ ad imū circumuolutæ, aquā puram excipientes in sublime exportant, atq; in canalem antequam redeant inprofundum, exonerant. Tanta aquarum abundantia, ut fluuiusculus inde oriatur. Hoc enim ut fiat necesse est, quoniam maior huius aquæ (ut diximus) uena est, quam salsæ, si crescere paterentur, salsa aut euanesceret, quod nuper contigit, aut cum difficultate extraheretur. Altera rota in eodem tabulato posita est, quattuor uoluit cathenas, quæ p quattuor utrinq; longissimos cubos descendunt, ac redeunt, Cubi autem, tanta sunt longitudine, ut ad uadum usq; salsæ aquæ, producantur, quæ ut a cathenis ipsis facile extrahi possit, iisdem per modica interualla frusta coriacea alligata sunt, ut quam in redeundo conceperint aquam, quia peruium tuborum obcludunt quodammodo in sublime facilius expellant. Idq; tamadmirabiliter faciunt, ut quattuor inde riuuli

De Puteo salso i Reychenhall.

nascantur, qui per oppidum etiam ad salinarias diffusi iugem salis confecturã subministrãt. Hæc contẽplatus discessi. Inde Chyzipelum oppidũ, Tyroli qđ sub Gurceñ. Ditione est, ꝑuenimus. Sextodecimoq; post die, q̃ Vienna discedimus/ꝑpetua pluuia. Pontes ænos idest Inspruk, ꝑuenimus, ibiq; treis morat⁹ dies, Cum Cæsari reꝝ a se gestarũ rationem reddidisset, ei utquã primũ iter capesseret, ꝑsuasit. Interim Balbus uir apprime litteratus/missus a regibus orator aduentauit. Qui Hallam oppidũ ad Aenum positũ ubi Cæsar cõcesserat postridie iturus ferebat̃. Oratores autẽ, qui apud Cæsarem morabant̃, uel terrestri itinere, uel nauibus Lynzum usq; cum ꝑuenirẽt Cæsaris aduentũ ut expectarent/imperatũ est. Gurceñ. Augustã profectus est. ut inde Praunam Norici oppidũ petens una cũ Ducibus Bauariæ in Austriã uauigationẽ capesseret. Septimo igit̃ postq̃ Augustã petiuimus, Gurceñ iteꝝ cum nouis paludamẽtis aulicos donauisset, nono kaleñ. Iulias trans Lycũ ꝑ Vindelicos Noricũq; magnis itineribus, profectus est. Scđo enim die ad Phrysingum oppidũ diuertimus, postero die luce iã creperа Iserim fluuiũ, qui ex alpibus fluens in Danubiũ exonerat̃, transuecti/Muldorphum ad Aenũ, quadraginta milium passuũ itinere confecto non sine equoꝝ, hominumq; lassitudine, ꝑuenimus. Nam cum ingens locoꝝ planicies sit, nimiũq; aquarũ tenax/non transfretare aquas, sed natare uidebamur, sæpiusq; periculũ incautis ĩminebat, nam uni/aut alteri contigit/ut, cum aliud (ut frequens fit) agerent, cum in lacunas, aut põticulos/q sub aquis latitabãt/diuulsos pene incidissẽt,

cum aquis cœnoq; ſubligarũ tenus pugnam geſſerint Illhinc tẽplum Diuæ MARIAE in Oethyng, miracu lis refertiſſimum inuiſimus/quo in loco quæ relatu di/ gna uidi/recitabo. Sacellum anguſtum eſt & rotundũ erectoq; turbini pſimile, ingens tẽpli, non ſolum Ger/ manorũ, ſed etiã externarum gentium frequentia eſt. Nam cum loci Beata Virgo tutelaris parens ſit clæ/ mentiſſimeq; præſit diuinis ſcatet miraculis. ex altis enim rupibus cum ſeſſore equũ præcipitem uidimus, equum animã exhalaſſe/ſeſſorẽ, cum Beatæ uirginis auxilium implorauiſſet, incolumẽ euaſiſſe. Alium, cũ in palum maxime craſſitudinis incidiſſet, p inguen ad harmos uſq; tranſfoſſum/pientiſſima inuocatione, ſa lutem recuperaſſe. Taceo p hoſtium turmas quoſdã nõ uiſos euaſiſſe. taceo pfractos carceres, diſruptaq; cathenatoꝝ uincula. Nam mortuos quoq; quatriduo tanti numinis inuocatione/animã reſumpſiſſe, accepi/ mus. Nuperq; ante nos, cum Licus excreuiſſet/nauis abſorpta, cum nulla hominũ iactura, ſub aquis fere/ bat̃. Gurceñ. autẽ cum ſacro ĩterfuiſſet, Marquard9 Sperãtiuſq; præpoſiti, Ioãnes Schenckh curiæ præ/ fectus, Lamberghus canonicus Saltzburgeñ. animæ profecto candidiſſimæ, ego quoq; una, ad Donarium Diuæ, ut ſacrã ſuppellectilem, tantiq; nominis theſau rum inſpiceremus, perreximus, Eſt enĩ crux una, San/ ctiq; Dioniſii imagines auro, argentoq; puro factæ q̃/ damq; huiuſmodi alia nõ admodum multa, ſed quãti prætii ſint mox dicam, cum prius unde illhuc peruene rint, recitauero. Bauariæ Dux Galliæ regis filiam ux orem duxit, Rex cum diẽ obiret ſuum Dux in Galliã

Templum Diuæ MARIæ in Oething, & de eo.

Dotis gratia profectus, huiusmodi clinodia, sic enim appellant, tulit. Quæ per successionẽ Georgio Bauariæ Duci obtigere, quiqdem cum magnã uim pecuniarũ in Diuæ MARIAE Ethingensis ærario esse intelligerẽt, timens ne æedituorũ incuria uel expilarent, uel eã sacerdotum auaritia inuaderet, accepta pecunia, ea scilicet gratia, ut Ecclesiã & opulentiorẽ efficeret, & cultum celebriorẽ, moritur, Burchausiiq; arx, ubi eius quoq; thesaurus erat, a Palatinis, propter recens cum Roperto matrimoniũ, occupatur, qui reserato ærario thesaurũ sibi uendicant. Interim bellum Noricum ortũ est. de quo, nos duodecim libros, sed poetice admodũ, quamq̃ sparsim hystoria tractata est, scripsimus.

Palatinorũ magnanimitas.

pecunia militibus erogata. Sed clæmẽtia MAXIMILIANI Cæsaris cum res pacata fuisset, Palatini, & si propter atrox bellum exhausti erant, ut Beatæ MARIAE pecuniã insumptã acceperunt Auitã Magnanimitatẽ præseferẽtes, Gallicam suppellectilem Virgineo templo obtulere. Quæ tanti pretii tũ Smaragdis, Zaphyrisq;, tũ Balassis, atq; Vnionibus pollicari crassitudine ab auro, argentoq; extuberantibus fert̃, ut sexaginta milibus ducatorũ uenire facile possit. Illhinc ergo curribus ad Aenũ uecti naues inscendimus uesperaq; Praunã appulimus, ubi VILElmus HERnestusq; BauariæDuces Gurceñ. aduentum expectabant. Perendie eius diei iterũ Aenum, unaq; nobiscum VILElmus Dux nauibus faberrime concinnatis, Patauiũ usq; enauigauimus. Inde Lynzum, ubi Cæsarea maiestas Gurcensem præstolabat̃, ad ripam, ut in tãti principis aduentu mos est, cum innumeri mortales

confluxissent, hos imprimis memoria cōplexus sum. Oratores. s. Pontificis, Regū Hispaniæ, ac Britanniæ Archiepiscopū Bremensem proceræ staturæ uirum, Ludouicū Bauariæ, Albertū de Mechelburgk, Vlricūq; Virthenbergeñ, Duces. Kaleñ Iulii ad Cæsarem itū est. Postridie Gurceñ conuiuiū celebrauit, conuiuæ fuerāt Archiepiscopus Bremeñ, Duces Vielelm9 & Lodouicus, Albertus, Vlricus, cœna ad longā noctem producta, postridianus dies consultando insumptus est. Ego ad Iacobum Banissum diuetti uirū candidissimū, humanissimumq; & cum litteratus ipse sit, litteratos non solum amat, sed colit. Vnaq; Stabius apprime eruditus, qui cum Hystoriarū serie, tum difficili mathematicarū rerum cognitione, secundus est nemini. Marquardus autem, Sperātiusq; tempestiue & ipsi affuerunt, ubi satis & disputando, et propinando, multoq̄ ueneramus hilariores, discessimus. Ter: Idus Iulii Cæsar Lynzo, cum pedib9 laboraret, rheda uectus Laureacū, ut inde Viennā peteret, discessit. Interim allatū fuit Reges, cū aduentū Cæsaris intelligerēt. Oratores cū q̄dringentis eqs obuiā Viennā misisse, quorꝝ nomīa inferi9 scribā. Nos aūt postridie naui inscēdimus, Gurceñ cū reliqs aulicis ad diē alterꝝ moratus est, Qui una cū Duce Bauariæ, oratoribusq; dū ad nos nauigat, ad ripā Danubii Cæsar, uenabundus occurrit, nauīq; inscendit. Simulq; cū oēs Cranio oppido applicuissent, Cæsar cū oratoribus Ipsyū oppidum, qndecim cōfectis milibus passuūpetiit. Gurce. Greinii pnoctauit. Mihi uero nunq̄ excidet, mēoria q̄ pessīe stabulati sum9, idq; xenoprodromorū nostrorꝝ

Iacob9 Banissus.

Stabius.

Oratores Regii.

Nauigatio p danubiū Cæsaris & Gurcensis

cum omniū bipedum nequiſſimi ſint, incuria patratū eſt, atq; adeo magis ægre ferendum, q̄ tā abiectum hominū genus, cum uni, aut alteri fecerint ſatis, ter/tium ſibi locum uendicant, ſuoq; ipſorum iure abutunt. Cæterū ego in hac deperdita audacia nullum prius re mediū repperi, quā ea, quæ uitari non ſine iactura poſ ſunt, æquo animo ferre, atq; in aduerſis occallere. Illđ aūt, cum ueniæ præfatione recenſendum eſt. Siquidē tanta diobolarium ſcortorum uis, ītra naues, quæ ad for nicalem quæſtum Viennā proficiſcebant, apparuit. ut maiorē meretricum annonā me uidiſſe nullibi me/minerim. Gurceñ. itaq; Vilelmus de Rapoltſtain Cæ ſarianæ curiæ magiſter, & Serentanus magnus Impe ratoris Cancellarius, cum Phœbus, ut apud Actium eſt, iā albicaſceret & recentaret, cōmune lumē homi nibus & uoluptas, ſatis bene ientati, Ipſyum, ad Cæſa rē nauigauerūt, ubi aliquot horas conſultando inſum/ſere. Inde monaſterium Melicum ubi Sancti COLO

Melicum monaſteri.

MANNI ſepulchrū eſt, Quindecim miliū paſſuū na uigatione trāſmiſimus. Cœnobium in monte poſitum inſtar oppidi eſt, quod cum & ſitu, & propugnaculis bellicis munitiſſimū ſit. Mathias Pannonū Rex cum totam fere Auſtriā ſubegiſſet, nunq̄ cogere ad dediti/onē potuit. Poſter9 dies cum illuxiſſet Viennā uerſus nauigandi cupido inceſſit, inter remigandum ſiniſtra ri pa, quod priore nauigatiōe omiſerā, Dirnſtainū oppi dū, uiginti milibus paſſuum confectis, offendimus nec longius quinq; paſſuū milibus Stainum Cremeſumq; Cæſariana oppida. Inde quadraginta milibus paſſuū ad Neoburgiū Monaſteriū, quod, ad radices fere mō/

tis Cetii, qui Pnnoniam a Norico diuidit positũ est ue/
cti sumus. Mons elato supercilio continuus ad Danu/
bium usq; porrigitur, finiturq; ad ripam, atq; ubi desi/
nit altior factus, in uertice arcem habet, qui quoniam
recal uaster olim fuerat, Calenbergh dicta est, nũc aũt
superne ingens arborũ fertilitas, a medio, radicum te/
nus uineta crescunt. Sed quanto magis ad Alpes (ut
mihi a longe uisus est) introrsus tendit/tanto lenior, de
pressiorq; uidetur, aliqui Cetium montẽ non hunc, sed
qui infra Celeiam est affirmant, aliqui Budam nauigã
tibus offerri montem dicunt, qd̃ ego cum essem illhic
minime indagaui, cui cum Plindenberg nomẽ sit, idest
mons cæcus Hunc esse Cæciũ montẽ arbitrantur. Cũ
igit' ambiguitas apud indigenas sit, suo quisq; ingenio
iudicet, cum ego iã pro confesso, ubi mons Cæcius sit
acceperim. Nos itaq; illhinc propero cursu Viennam
uersus ꝑfecti, paruo interuallo aberamus, cum naues
Archiepiscopi Bremensis, ac ALBERTI de Mechel
burgh, LVDOVICIq; Bauariæ Ducum, Oratorũq;
Pontificis, ac Hispaniarũ regis, se nostræ coniunxerũt
Qui quidẽ, ut maiore cum maiestate Gurceñ Viennã
ingrederetur, omnes in nostrã se nauim contulere, quã
Helciariis a puppi trahentibus, non remis, sed remul/
co aliquãdiu quodãmodo usi sumus. Inde Helcio cõ/
plicato propero cursu, Viennensi ripæ, quã innumeri
occuparant mortales, uespera appulimus. Egredien/
tiũ ordo talis seruat9, post longum nobiliũ, illustriũq;
uirorum ordinẽ, qui ante poneq; sequebãt', Archiepi/
scopus Bremensis, ALbertus de Mechelburgh, VlEl
mus & LVDOuicus Bauariæ Duces præibant, pone

Quedã de Cæcio mõ/te.

Gurcensem sequebatur, cui utrinq; Pheltrensis Episcopus, & Petrus Vrrea Pontificis, regisq; Hispaniæ oratores adhærebant, uiri inter mortales oppido quã absoluti, a tergo Episcopi tres sequebãt᷑, quẽ Reginonẽsis nũc Ratisbo. uocãt, Comes Palatin9, Patauieñ. Vienneñ. Marchioq; Brandeburgensis, Cæsarianæq; curiæ præfectus, Serentanusq;, ac nobilissimus qsq; confertim subibant, ita tanta principum, cæterorũq; pompa Gurceñ ingressus est, ut nihil maius, neq; fieri neq; cogitari potuerit. Interim dum ego de oratoribus Regiis, quos obuiam Cæsari ituros intellexeram percuntor, relatum fuit in oppido esse, Cæsarisq; aduentũ auidissime expectare, Nomina autẽ paulo post in litteris regiis, quas inseram, explicabuntur. Quinto autem Idus Iulias, Cæsar e Pesempeuco arce soluens nox cũ multa esset Viennam ĩgressus est. Nam Gurceñ, cæteriq; Consistoriani, ut de Oratoribus admittendis, deq; aduentu regum cõsultarent, ad Cæsarem profecti sunt. Vbi, Oratores statim intelligerent᷑, decreuerunt. Itaq; ut honorifice deducerent᷑. Ratisbonensis, & Patauieñ Episcopi, Ludouicus Bauariæ, Albertus de Mechelburgk Duces, Proceres Vilelm9 de Rogendorff, missi fuerant. Iis ergo a Cæsare comiter exceptis, Litteræ Regum Hũgariæ, Sarmatiæq;, Ludouici enim oratores uerbis satis honorifice mentionẽ fecerant, in hunc modum recitatæ sunt.

Cæsaris aduentus Viennam.

Regũ oratores a Cæsare admissi.

Epigraphe.

SERENISSIMO AC EXCELLENTISIMO Principi & Dño, Dño MAXIMILANO/Diuina fauente clæmētia, Electo Rom. Impatori sem/per Augusto, ac Hungariæ Dalmatiæ, Cro atiæ &c. Regi Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comiti Palatino &c. Fratri, & consangui neo nr̄o charifs. & honorañ.

SERENISSIMO ac excellētissimo Principi & Do/mino. D. MAXIMILANO Diuina fauente clæmen tia &c. Fratri & cōsanguineo nostro charissimo & ho norañ. VLADISLAVS Hungariæ & Boemiæ &c. SIGISMVNDVS Poloniæ &c. Dei gratia Reges Salutem, & Fraterni amoris, ac omnis felicitatis per/petuum incrementū. Serenissime Princeps & Domi/ne Frater, & consangninee noster charissime. post tā longam expectationē nostrā, cum cognouissemus ue/stram maiestatē Viennā aduenisse magnitudine rerū simul & Fraterni amoris affectu persuadente mox ad eā oratores, & consiliarios nostros Reuerendos in Cri sto patres, Dn̄m Georgiū Quinquecclesieñ. Cancel/larium regni Hungariæ, & Ioannē Posnanieñ. Episco/pos, ac spectabiles & magnificos, Ladislaū de Stern/bergk regni Boemiæ Cancellariū, Moysem Bnuszlaii de Serdllacha magistrū curiæ. Lucam de Gorza Ca/stellanum Posnanieñ. & Capitaniū maioris Poloniæ generalem. & Cristophorū de Schydlowicz Cestella nūSandomirieñ, & regni Poloniæ Cancellarium, misi mus, Qui uestrā Maiestatem Nomine nostro uiserēt,

et salutarent, ac nonnulla negotia mutuũ nostrum cõgressum concernentia eidẽ exponerent. Quapropter rogamus, dignet' ura Maiestas omnibus in rebus, uerbis eorundẽ oratorũ æq; ac nostris fidem habere. Sacrã Maiestatẽ urãm incolumem ac felicem in longum æuũ, a Deo Opt. Max. cupimus conseruari. Datum Pisonii prima die Mensis Iulii. Anñ M. D. XV. Regnoꝝ nostrorũ Hungariæ. XXV. Boemiæ. XXXXV. Poloniæ uero Anno Nono.

Oratorũ oratio.

QVIBVS pleƈtis Archiepiscopus, Quinq; ecclesieñ Explosis iis qui ex multis uidebant' ex Aula, Orationẽ satis ornatam, sed prolixiorem q̃ ipse fortasse locus exposceret, orsus est, in qua post gratulationẽ de Cæsaris aduentu regibus iucundissimo, eorũdemq; in Cæsarem relatam beneuolentiã, atq; officia. Cum magnifice Imperatoris laudes prosequtus fuisset, ad pacem, concordiamq; ineundam, ac expeditionẽ in Turcas suscipiendam orationem conuertit, mediusfidius satis eruditam, nisi hanc ultimã partem, quam ego in communem Regum conuentum potius reiecissem, nimis Asiaticẽ idest copiose traƈtauisset. Peraƈto tandẽ orandi munere, cum de more Gurcensis, qui ad latus sessitabat, Serentanumq; ac Doƈtorẽ Motam in consultationem Cæsar auocasset, Petro Motæ Hispano

Laus Motæ in respõdendo.

sed ut illa fert gens, uiro erudito, grauiq;, respondendi prouinciam imposuit. Qui ut Cæsarem tedio liberaret, Cum primum oratorũ aduentu Cæsarem lætatũ dixisset, laudibusq; non uulgaribus, orationis concinnatem extulisset, amorem autẽ ac beneuoletiam Re-

gum in Cæſarem, & ſi multo ante perſpectam, tamen & litteris Reuerendiſſimi Gurceñ, & uerbis, teſtatũ ſatis eſſe affirmauit. Pacem uero, ut cõtra Turcas expeditionem pro Catholica fide facerent (quod & Cæſar ſemper ab ineunte ætate optauit) oblatam ſæpius ne dum deſideratam accepiſſe. In fine cum tam longæ expectationis excuſationem, aſſerens Cæſarem tempori aliquando obſequi oportere, cum tantũ imperiũ nouis indies, ſubindeq; naſcentibus curis præmatur, non minus eleganter, quã uere inſeruiſſet. Ita feliciter anguſte reſpondit, ut Cæſari nihil gratius ipſa denſa fuerit cõcinnitate. Hiis peractis oratores prius diſceſſerunt. Gurceñ pone cum domuitionẽ capeſſeret ab Archiepiſcopo Bremenſi, Vilelmo Vlrico, Bauariæ, Virtenburgenſiq; Ducibus, Caſymiroq; Marchione Brandeburgeñ, comitatus eſt, tam ingenti tubarum, tympanorumq; clãgore, ac ſtrepitu, ut Mars, Idæaq; mater ſimul coiiſſe uideretur. Die autẽ qui ſecutus eſt ſuper Regum aduentu multa tractata ſunt. Veſpera Gurceñ conuiuium celebrauit, diſcumbentes fuerunt Archiepiſcopus Bremeñ, Epiſcopus Ratisbonenſis, Epiſcopus Labaceñ, Duces Albertus & Vlricus uiri ſumma apud Germanos & autoritate & potẽtia memorabiles. Gurcenſis conuiuiũ.

Poſtquam exempta fames menſiſq; micantibus auro
Inſtauratus honos, frontiq; eſt reddita demum Alludit ad ſuũ poema

Lætitia &c. ut quidam poeta cecinit. Gurcenſis ad Cæſarem ſe contulit, e ueſtigio Regii oratores adfuerunt, oẽſq; cũ in Cæſarea Aula conueniſſent Mota uir acris ĩgenii, cũ multa rurſus (id. n. Cæſar mãdauerat)

de Rgibus copiose, ornateq; dixisset, oracioneq;. que ante habita fuerat commendasset. Cæsaris mandato in ea parte, in q̄ de suscipienda in Turcas expeditione, tractabat plusculū imoratus est, addito. Cæsari, ut ad cōuentū res ista integra seruaretur, placere. in reliquis autem (nō enim hiis præsens Cæsar fuerat) Gurcensi imprimis, cæterisq; consiliariis, que tractanda erant, dicerent. Itaq; de aduentu Regum cum satis ultro. citroq; disceptatum fuisset, Oratores a Cæsare redeundi licentiam cæpere: quibus ut ex sententia factum satis uideretur Gurcen. etiā orationem habuit utpote hesternæ concioni uel respondendo quippiam adderet uel quia Cæsar tanto uiro dicente maiorem in Reges affectum ostenderet, hoc tamē compertū habeo, longam satis, sed citra fastidium, ornatāq; orationem ex tēporaliter habuisse Quod postq̄ resciui, animo mirū inmodū non interfuisse, discruciatus sum. Nam quam erudite, sapiēterq; uerba faciat Princeps omniū mortaliū adunguem perfectissimus, absolutissimusq;, sæpius & audiui, & admiratus sū. Nam ex eius ore mel fluere, quā uerba, ut in Nestore homerico, potius dixerim. talemq; dicendi suadelā, uenerēq;, qualis in periclis labris sessitasse fertur, percipi, ut præponit breui ac dilucide, ut ornate diuidit. disputatq; subtiliter. ut resumpcionem rerum in fine fælicissime prosequitur Quid si alicui respondendi detur prouintia, profecto si quid iuditii in me est, uidi neminem, qui maiore memoria superflua non ignarus præteriret, partium ordini densius respōderit, breuius concluserit, ac ubi necessitas cogit, erudita quadam latitudine sine dispendio,

Gurcensis eloquentia

tum uerborum, tū temporum concinnius diffuderit. Legati itaq; cum tertio Idus discederent in consilio, ut sex mutuo Oratores ad Reges mitterent̃, actum est, missi sunt Archiepiscopus Bremensis, Episcopus Labacēsis, Vilelmus Bauariæ Dux, Casimirus Marchio Brandeburgeñ, Vilelmus de Rogendorff, Morascki Boemus, uir tū genere clarissimi, tū gerendarum rerū administratiōe solertissimi. Dum hæc tractant̃ nunciatum est, duo milia Carnorū peditum a Cæsarianis ꝓpe Celeiā Norici oppidū Duce Io. Hermestenio profligata esse. Quamobrē tam ꝓsperis auspiciis credo aut seruitiorū internitionem oīno fore, aut clæmentia Cæsaris, rem mitiorē exitum habiturā. Gallorū itē in Insubres expeditiōis indies rumor pcrebrescebat, ī exercitu uiginti milia Germanorū peditū, cataphractorum tria milia ferebant̃. Heluetii angustias Alpiū, ut transitū prohibeāt occupauisse. Rex Hispaniæ ad radices pyrenæi, ualidas peditū legiones habere, ut cum primū Galli Insubriam inuaserint, igne, ferroq;, superatis montiū iugis, prouinciā uastaturus inuadat. Ita infelix Italia, undiq; expetita lacessit̃, mutuūq; eiusdē pristinæ magnitudini, ac potentiæ rependit̃. Vltro eni & nouis repertis causis externarū olim gentiū regna occupauit, Europæ, Aphricæ, atq; Asiæ imperiū obtinuit, nunc aūt suæ magnitudinis oblita, se ad prædā omnibus obiicit, Idq; mortaliū nequitia inualescente, abolitaq; morū disciplina, accidere coniicio. Nam olī ut optimus ac prudetissimus qſq; res publicas gubernabat, ita nunc pessima quæq;, flagitiosissimaq; ingenia, rebus publicis, ne suis quidē penatibus parcendo,

Oratores Cæsarei ad Reges.

Strāges Carnorum obiter.

Gallorum quædā obiter

Deplorati o Italiæ

xeitiũ parant. tantũq; abest, ut unũ uel alterũ q meri to nobis ĩperare deberẽt colamus, sed modo har, mo do illarũ partiũ assectæ, nobis minime fidi, in cõmune ruimus malũ. sed hæc ĩterim æquo animo ferẽda, do/nec principũ maximus, pacato Septentrione, poten/tiam suam, unde nostra pendet libertas, triumpho de claraturus, ostendat. Idibus Iuliis Cæsar cum parti/bus copiarum Vienna egressus est, principes secum q̃ plurimi profecti sunt, quorum nomina cum omnium Nomenclaturã aggrediar, scribam. Viginti igitur con fectis milibus passuũ Trautmansdorphũ oppidum, Cæsar unaq; Gurcensis petierunt, alii alibi, ut quisq; sibi hospites parare poterat, diuertebat. Reges uero alter in Hainburgio ad Danubiũ oppido, alter in Pru chio cum Rege Ludouico, atq; Anna filiis permanse/runt. Postridie eius diei xvii. kaleñ. Augusti Cæsar ad Reges iter cœpit. Qui quidem in latissimo loco, ubi o/portuna explicandis copiis regio erat equitabilis, & uasta planicies ad syluam duram a regione Carnunti olim sub imperatoribus .M. Antonino cognomento Philosopho, & Commodo clarissimi, ubi ad ætatem nostrã maxima uetustatis rudera cernuntur inter Da/nubiũ Leytamq; fluuios siti tentoria fixerant, horãq; Cæsarei aduentus, felicissimã, sub pellibus expectabã Cæsarq; itaq;, cum Pruchium dextra reliquisset, per iugum non admodum æditum, profectus est, pauloq; longius progressis Cæsarianis, pulcherrimum inume rarũ diuersarũq; gentium, quæ in subiecta planicie ua gabantur, Spectaculum oblatum est. Tentoria, cum propter candorem, tum quia latissima erant tanquã

in cliuis æditioribus nix esset, uidebantur, quæ in parte fixa erãt, qua paulatim insurgit æquor, seseq; in iuga extollit, Idq; ex industria factum puto, Nam pone per dorsum, quantum iugum extenditur, Turmæ uelitum dispositæ, melius quã quæ in plano erant, discernebantur. Verum Cæsariani multo maiori illis admirationi fuere, Quippe qui, non parmulis tãtum, ligneisq; (ut earum gentium mos est) paludamentis ornati erant, sed armis, equorumq; Dorsualibus (ut ait Capitolinus) apricis discoloribus præfulgentes, tanquã ad belluum ituri, sub signis micabant. Cæsar itaq; cũ ex iugo ad planum descenderet, Ipse dextra cũ parte copiarũ, reliq sinistra ꝓfecti sunt. Cũ itaq; ad planiciẽ uentũ esset, ordo incedentium talis fuit, Aulici omẽs qui in ermes erãt præcessere, pone Ephœbi duodeni, (ut arbitror) nobili genere prognati, serico induti plumatili ingentes equos, mirificeq; Phaleratos insidebant, a tergo Cæsar pensili Rheda uehebatur. Quem Gurceñ Cardineo insigniter habitu ornatus uel post, uel ad latus una cum magnis Ducibus, assectabatur. Postremo cataphractorum, uelitum, & ii in treis diuisi turmas, ingens numerus subibat. Primus ordo, Magnorum Ducum, ac principum erat, qui Bardatis mira uarietate equis, grauiter, bellicoseq; prouehebantur, aliqui enim lato clauo tectos equos habebant, alii plumatili serico, i argento, ii durissimo nitidissimoq; opertos calybe. Vnus tñ cæteros præstare uidebat᷑. q bardas nõ serico, auroue, sed pretiosissimis unionibus tectas habebat quæ q̃ti extimatæ fuerĩt, aliorũ secut⁹ iudiciũ pretii trigĩta milia ducatorũ fuisse affirmarim.

Copiarum Regũ, ac Cæs. laus.

Rebus ita cōpositis Cæsar ad Reges, Qui & ipsi ob/
uiam uenire cernebant̃, duobus equitū milibus comi/
tatus, prouehi cœpit, dum paululū ꝓgrederemur Epi
scopus Vacieñ uir candidi ingenii, & litteris apprime
eruditus, & Ambrosius Sciarco inter aulicos Panon/
niæ regis facile princeps Regum nomine, felicissimū
Cæsaris aduentū excepere. Inde copiæ utrinq; ꝓcede
re, tubæ clangere, tympana perstrepere, equorūq; in/
nitus, innumerarūq; gentium uoces increbrescere, tan
taq; mortaliū uarietas occurrebat, ut Doriscū, in quo
Persicæ copiæ numeratæ sunt, memoria frequēter re
petiuerim. Itaq; ut Cæsar, Regesq; ad punctum, ut
ita dicam, conuenirent Pirus proceræ altitudinis in
cētro fere planiciei, meditullii instar, erecta fuerat. ad
quā, hinc Cæsar. illhinc Reges, æquis incedētes passi/
bus, tenderent coirentq;. sed antequā cætera ꝓsequar
hoc quoq; tradendū memoriæ est. Legati Regii dum
apud Cæsarem negotiū tractarent, diu, multuq; insti/
tere, ut Cæsar pateret̃ Reges ex equis descendere, ut
secū maiori salutandi ueneratione fungerent̃. Idq; cū
sedulo (sic enm reges mandauerant) efflagitauissent.
Cæsar, qui humanitate cunctos supat mortales, quā/
q̄ ægre, tamē ne quispiā illorū descenderet, ĩpetrauit.
Itaq; anteq̄ ad felicissimam arborem omnino coirent.
LVDOVIcus Boemiæ Rex, Reginaq; ANNA so/
ror obuiā, ut Cæsarem exciperent, processere. hic ex
equo Cæsarem in Rheda post iunctā dextram Latine
hiis uerbis salutauit, SAcratissime Cæsar ego Saluto
Maiestatem uestram tanquā patrem et Dn̄m meum.
Secundus salutandi locus, ex aurea rheda qua sola ue
hebatur

Pirus pro termino.

Cæsar. humanitas.

Vt Cæsar, Regesq; coiere.

LVDouici Regis uerba ad Cæs.

hebatur, ANNAE Reginæ datus est. Sed cũ ad Arborem pueniſſent tertius VLadiſlaus Panonniæ Rex ex Geſtatorio & ipſe magna Cæſarẽ ſalute impertiit. Qui cum (ut dixi) Senex admodum ſit, & plurimum Cæſarẽ diligat cũ ſalutaret, longiuſcule lachrymatũ ferunt, multiſq; uerbis, & ornatis, in commendationẽ tanti conuentus uſum, perpetuoq; huiuſmodi affinitates, cõcordiamq; duraturam præcatũ eſſe. Poſtremæ partes, SIGiſmundi Sarmatiæ regis, fuerunt, Qui p̄acto Salutandi officio, diutuleq; detenta Cæſaris dextra, hiis latine uerbis uſus eſt. Sereniſſime Cæſar ſit hic conuentus noſter felix & fauſtus, Nobis, ſubditis noſtris, & toti Reipublicæ Chriſtianæ. Alii autem referunt, q propius me erãt, Cæſarẽ prius dixiſſe, Ecce tandem aduenit dies, qua ſimul conueniremus, exultemus & lætemur ĩ ea. Cui Rex, ſpero ſereniſſime Cæſar q; iſte dies ſit futurus felix et fauſtus nobis, Regnis noſtris, & Reipublicæ Chriſtianæ. Hiis finitis pauliſper alter ab altero receſſere, ut uacuus daretur locus, quo præclariſſimus quiſq; mutuo Imperatoris, Regumq; dextras de more amplecteretur. Interea Gurcenſis Cæſaris nomine cum Regem VLAdiſlaum, una cum liberis, ut Viennam proficeſceretur, rogaret. Reſpondit Purpuratos ſuos id ſummoperæ, tum quia non poterat ſine Regni iactura; tũ etiam qa bellum cũ Turcis nuper inſtabat, diſſuadere. Hoc dixit, uel qa a Cæſare rogari uolebat, uel ut maior fratris ĩ Cæſarẽ affectio oſtenderet, de q̃ mox dicã, uel (qđ ueri9 ſuſpicor) quorũdam, qui hanc rem infectã uolebant, ne ulterius Reges procederent, ſententiã fuiſſe. Itaq; Gurceñ cũ

VLAdiſlai regis uerba

SIgiſmũdi regis uerba

rem animo uolueret, & quorſum euaderet, intelligēs. Regem Sarmatiæ adiit, eundēq; Cæſaris nomine rogauit ut una Viennā peteret, addito. quanq̃ Sereniſſimo Vladiſlao conſiliarii, ut quo minus Viennam cum liberis petat, ptinaciter perſuadeant. Idq; firmiſſime illius animo inhæreat. Cui Rex, ut eſt Prudentiſſimus utq; ſuam in Cæſarē fidem penitus oſtenderet, ſic fertur reſpondiſſe. Ego ex Sarmatia, relicto regno, & patrio ſolo, ut Cæſarem Auguſtiſſimū conuenirē, huc pfectus ſum. Quamobrē non Viennā ſolum, ſi ſua iuberet Maieſtas, ſed etiā ulteri9 peterem, cū nunq̃ animū induxerim quippiam in nos, niſi quod bonum deceret principem, facturū, q Frater cū liberis, purpuratorū conſilio ſe minime uenturū dixerit, Ego fratrem meū & nepotes una mecum ducā, qui uero ſequi noluerint ut lubet, faciant. Quare Reuerēdiſſime princeps, Cæſari cuius ſim ſentētiæ, & ut tu plane facere cōſueuiſti cumulatius referto. Talia cū dixiſſet, Gurceñ Regem amplexus, lætiſſimū inqt nuncium Cæſari, qui nunq̃ de tua erga ſe fide ueritus eſt, feram. Statimq; cū fideliter omnia ab eo relata fuiſſent, aiunt Cæſarē lachrymas non continuiſſe, ac propius accedēs. Sereniſſimi Reges, nihil eſt ait quod uereri debeatis, Nam Vienna urbs uoſtra eſt, in qua a me perinde atq; fratres & amice & Regaliter excipiemini. Idq; uobis ſub Imperiali fide facturū polliceor, hiis cum omnes aſſenſi fuiſſent rebuſq; feliciter compoſitis, diſſolutus conuētus eſt. Cumq; Germanici cataphracti, ueliteſq; armis nitidiſſimis fulgentes, p æquor diffunderent, Ludouicū Regem, qui adhuc puer eſt, ferunt dixiſſe, ſic uellē ut

Cæſar, pater meus etiã mihi copias cõpararet. Mirũ profecto in puero, Nam et amorem in Cæſarẽ, addito patris nomine, oſtendit, & Indolẽ Bellicarũ rerum aui dam præſetulit. Nec mora, cõfertim omnes ad diuerſa iter loca cœpimus. Cæſar, Regeſq; uenatum (nam ubi colles deſinunt in plano denſiſſimũ nemus, aptiſſimũq; uenationi eſt) iuerunt. Gurceñ, ueſpera, cũ paucis admodũ, Laxomburgũ, ubi Cæſar diuerterat, petiit. Nos cum prodromos noſtros querendo ad multã noctẽ laſſi fuiſſemus, tandẽ ad pagũ, forte, ubi oſcitãtes, ac ſine ulla nr̃i cura morabant̃, peruenim⁹ mane, ad Cæſarem, q ex oppido cũ paulo ulteri⁹ ꝓceſſiſſet Gurceñ dextrorſum ad Reges excipiẽdos, iter cœpit paulo poſt, regis Sarmatiæ uexilla, a longe uideri cœpta. Gurceñ paucoꝝ ſeruitio uſus (reliqui enim præceſſerant) ueniẽti obuiam ſe tulit, tantiſperq; morati ſunt, donec Cæſarem, a leua uenientẽ excepere. Vltimus rex Pannoniæ cum liberis, diu tamẽ expectatus, aduenit. Interea ex Viẽna (parũ enĩ aberãt) duũ miliũ uirorum, Lantʒknechtos patrio nomine appellant, peditatus obuiam exiit, omnes nitidiſſimis thoracibus, brachialibuſq; ferreis ac macheris ornati erant, plurimi lanceas, pauciores alabardas ferebant, qui & ſi ꝓpter armorũ genus, ordinemq; militarem, tum uel ob hoc admirationi digni uidebant̃, ꝗ omnes rubea paludamenta, eademq; expeditiſſima, ut patrius mos eſt, ferebant. Cum itaq; pluſculũ temporis in huiuſmodi ſpectaculo inſumptũ fuiſſet, pluuia ſuꝑ orta eſt. Ego ad urbẽ me contuli, ut inde introeuntes, exeunteſq; ex ſentẽcia recenſere poſſem, interim pluuia ingraueſcit,

Gurceñ in Reges officium.

Cæs. Regeſq; iterũ cõueniunt.

turbatusq; paulisper ab initio ordo est. Nam duo mi-
lia fere equitum (ut cõiicere potui) turmatim prope-
ro cursu urbem ingressa sunt, reliqui, quantũ per iugẽ
nimbum fieri potuit, ordine non admodum turbato,
procedebant. Et quoniam hic locus, Principum, Du-
cum, ac illustrium uirorum Nomenclaturam exposce
re uidetur, a Cæsarianis ordiar.

NOMENCLATVRA CAESARIANORVM

PRAELATI ET PRINCIPES

Reuerẽdissimus Cardinalis GVRCENsis coadiutor
Saltzburgeñ. Generalisq; Imperii locum tenens.
Laurentius Episcopus Feltrensis orator summi pont
Petrus Vrrea orator Regis Hispaniæ
Robertus orator Regis Angliæ
Archiepiscopus Bremensis ex Ducibus Bruñsuiceñ
Episcopus Ratisbonensis ex Ducibus Bauariæ
Vigileus Episcopus Pataviensis
Cristophorus Episc. Labaceñ admĩstrator Secouieñ
Bertholdus Episcopus Chiemensis
Georgius Episcopus Viennensis

DVCES ET PRINCIPES.

Vuilhelmus Dux Bauariæ & Comes Palatinus
Ludouicus Dux Bauariæ & Comes Palatinus
Casimirus Marchio Brandeburgensis
Albertus Dux de Mechelburg
Vlricus Dux de Virttenberg.

COMITEE.

Bertholdus Comes de Hennenberg
Georgius Comes de Montfort
Carolus Comes de Oetting
Georgius Comes de Schaunburg
Hoyr Comes de Mansfeldt
Nicolaus Comes de Salin
N. Comes de Vuesterburg
Ioannes Comes de Hardeck
Vlricus Comes de Hardeck

PROCERES.

Vuielelmus de Rapoltstain cum filio, Cæsareæ curieæ magister
Ciriacus de Polhaim
Ludouicus de Polhaim
Erhardus de Polhaim
Filii Domini Pauli de Liechenstain
Volfgangus de Lichtenstain
Leonardus de Lichtenstain
Hartmanus de Lichtenstain
Georgius de Lichtenstain
N. de Starchenberg
Senior de Scheftenberg, & tres eius filii
N. de Puchaim
N. de Puchaim
Vuilelmus de Zetling
Cristophorus de Zinzendorff
Sigismundus de Dietrichstain
N. de Traun
Fratres duo de Rogendorff

N. de Papenhaym
Io. Iacob de Landau
N. Rauber Marſchalcus curiæ Cæſaris
Thomas Fuchs Capitanus Ratiſboneñ.
Albertus de Vuolfſtein

Primores Viri a Secretis & Conſilio.

Ciprianus Serrenteiner Magnus Cæs. Cancellarius
Iacobus Villinger Supremus Cæs. theſaurarius
N Præpoſitus de Valkirck
Iacobus de Banniſſis
Petrus de Mota Theologiæ Doctor
Ioannes Renner
N. Ziegler
N. Phintzing Præpoſitus Nurnbergenſis
N. Phintzing queſtor, uel pecuniarum expen/dendarum magiſter
Paulus Obernſtainer, V. I. doctor
N. Vinſterwalder.

Oratores Cæſaris ad Reges.

Marquardus de Stain præpoſitus Bambergeñ.
Vuilhelmus de Rogendorff Baro
Laurentius Saurer Conſiliarius Cæſaris & Vicedo/minus per Auſtriam
Gabriel Vogt Secretarius & conſiliarius Cæs.
Io. Moraſcki Baro
Cuſpinianus doctor medicinæ.

Reuerendiſſimus Cardinalis Strigonienſis
Archiepiſcopus Colocẽſis Comes de Frangapanib9
Georgius Epiſcopus Quinq; eccleſienſis
Epiſcopus Olomucenſis Thurſo
Epiſcopus Vacienſis
Epiſcopus Gaurienſis

Principes uiri ac Proceres

Georgius Marchio Brandenburgenſis
Carolus Dux Minſterbergenſis
Ioañ Comes de Canitſcha
Ladiſlaus de Sterñberg regni Boemiæ Cancellarius
Albertus de Perñſtain regni Boemiæ Camerarius
Heinricus Botȝku de Kannſtat
Adam de Neuhaus
Ihereſlaus de Schellenberg
Albertus de Sterñberg
Moſes Hunſlau) de Serdlacha præfectus curiæ
N. Bornamiſſa
N. Pomanincȝtki
Ambroſius Scharco
Paulus Dieck theſaurarius
Orſagh
Petrus de Erdundt.

Multi præterea alii uiri præclariſſimi, Quorum digni tatem atq; gradus cum minime norim, ueniam ab iis, qui legent impetratam uelim, neq; uero, ob hanc gra/

tiam, libello irascantur. In mensa, si uolent, locum di/
gniorē occupent, aut in templo, subselliisue. Hic No/
menclatura non ordo quæsitus est. Illud aūt affirma/
re audeo quāto Imperialis Maiestas, sui magnitudine
cæteris præstat regnis, tanto eadem clarioribus uiris
externas gentes facile antecellit.

Regis SARMATIAE Nomenclatura

PRAELATI.

Episcopus Vladislauieñ MATHIAS Dreuitius.
Episcopus Posnanieñ. Ioannes Ludobranczki.
Episcopus Premislieñ Petrus Tomicius, & regni Poloniæ Vicecancellarius.

PRIMORES VIRI

Nicolaus Firlei Palatinus Sandomiriensis
Nicolaus Palatinus Vilneñ & magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius
Andreas de Tenczin Palatinus Lublineñ
Georgius de Baysen Palatinus MArieburgeñ
Lucas de Gorza Castellanus Posnanieñ, & Poloniæ maioris Capitanius Generalis cum filio.
Cristophorus de Scydlouictz Castellanus Sandamirieñ, & Regni Poloniæ Cancellarius
Andreas de Costzeletz regni Poloniæ thesaurari9
Nicolaus de Scydlouictz Castellanus Radomieñ.
Stanislaus Ostrorog Castellanus Callisieñ.
Stanislaus Halitzkii Marescalcus Regni.
Ioannes Pileczki Capitanius Lublinensis.

Ii omnes ad consiliũ admittunť. Multi prætereã, Qui Gentilicio nomine Palatini appellanť, q auro, argen/toq;, & eqtatu ornatiores uidebanť. Itaq; Vuilelmus Dux Bauariæ cũ ingenti Cataphractorũ manu, ante oẽs (Quanq̃ Gurceñ Aulici præcesserant) urbẽ in/gressus est. pone Casimirus Marchio Brandeburgeñ. Inde Hennenberg. Rauber Cæsaris Mareschalcus, Post Comitũ Cæsarianorꝶ turmæ. Nobiles austriæ su pra infraq; Anasũ uiri seq̃banť, Inde Iacobus de Lan/dau, ac Thomas Fuchs, ac Dñi de Polhaim cũ multis eqtũ turmis succedebãt. a tergo Moschi erãt, hippo/toxotæ fere oẽs, Poloniq;, ac Pãnones, quorꝶ quisq; de sultoriũ equũ manu ducebat, i quẽ, uel ardẽtissĩo cur/su transiliunt, qđ Posonii, quendã pñia Mysiũ, dũ Re/ges, ludos eqria celebrarẽt factitasse uidim9. pone Al bert9 đ Vuolfstain. Cẽteniq; fere patagiati, uestibusq; prætiosis iduti, cõferti Poloni, Hũgariq; seq̃banť, Ve rũ in hiis quæ tũ ꝓpter diuersarꝶ gentiũ habitus, tũ qa iugis pluuia (ut dicebã) ĩternoscere ordinẽ minĩe patie batť, malo cõniuere, q̃ solertiore cura ea ꝑscrutari, q̃ re citari nequicq̃, nisi falso possũt. Secutus est & ali9 or/do q ad cultũ Cæsaris, Regũq; præcipue ꝑtinere uide batur. Nam duodeni nobilis prosapiæ adolescentes quos ego pri9 tunicas purpura micãtes & plumãti (ut ait Vopiscus) difficultate ꝑnobiles, gestare, dixi. præ/cedebãt pone Aeneatores, trigĩta (ut arbitror) tympa naq; ærea icredibili strepitu, clangoreq;, seq̃banť, post bini erãt proceres, equorꝶ dorsualibus, ac paludamen/tis militarib9 aureis ornati, q̃rtus locus Valisiis, qntus Cardineis clauis Strig. Gurceñq; dat9 est, iñ Impiales

M

Heraldi subibant, quorũ officiũ olim non nisi Heroes (unde nomen tractũ est) exercebant. hos nobiles quidã Pannoniæ sequebant̃. Post Oratores minoris Nomẽclaturæ Principũ. hos Duces. Ducibus Episcopi. Episcopis Oratores Põtificis, & regis Hispaniæ (Britannicus aberat) succedebãt. Post Reuerẽdissimi Cardinales Strigonieñ & GVrceñ sequebantur, a Tergo, SIGISMVNDVS Sarmatiæ, LVDOVICus Boemiæ Reges, equis insidentes, erant, qbus uiri Primores aureis ĩduti uestibus, a pedibus famulabant̃. CAESAR uero, ac VLADISLAus Pannoniæ Rex Carrucis iũctim ANNAq; Regina a tergo, & ipsa aureo staticulo (qđ octo albis equis trahebat̃) succedebat, ad latus aũt GEorgius Margraphius Brandeburgeñ obequitabat, cuius octoginta fere equites, tanq̃ subsidium in extremo ordinis loco positi erant. Aliæ uero, quæ subsequebant̃ rhedæ (fuerũt eñi numero duodecim) rubro omnes panno tectæ Reginæ Annæ Aulicas ferebant. Itaq; urbem ingressi, ad arcem Cæsareã profecti sunt, ubi cũ Cæsare Rex Vladislaus & liberi permanserunt. Rex Sarmatiæ ad domũ in qua prius Gurceñ fuerat (quæ & Cæsarea est) diuertit. Interim tãta mortalium turba, ac multitudine urbs replebat̃ ut nullibi iter peruiũ inueniretur. Nam equorũ sex milia fuisse, præter Carros, qui quadringenti, omnes trigati, aut quadrigati, pleriq; seiuges fuerunt. CAEsarianorũ aũt peditũ, qui armati incedebãt, duo milia, numerabant̃. Externarũ uero gentium, quæ ad tantum confluxerãt spectaculũ ingens numerus. Sic ergo nõ sine maximo animorum stupore dies transactus est.

Gentiũ numerus.

POstridie eius diei Gurceñ pacto a cantoribus(quos oppido eruditos habet, sacro, Sarmatiæ regem, & ante, & post confectum prandiũ, adiit. Itaq; aliquot dies incõsilio ut res feliciter transigerent, ĩsumpti. Sed cũ in arce primũ reges conuenerũt, in sellis uix sessitauerãt. Pannoniæ Rex(sic enim ordo fuit) Anna regina, Cæsar, Sarmatiæ, ac Boemiæ Reges, cum Maria Regina, quæ Ludouico Boemiæ Regi nupta est. aduentare nunciat. Venienti Reges, de more, assurrexere, propinatisq; cuiq; Corollis, quas secum non uulgaris pretii portauerat, eius nomĩe gratia, Regibus, qui ad patriũ solum, Viennãq; urbem uenerãt, ralata est. Inde choreæ initium datũ, Ludouicus et Anna soror præsultauerunt. Postridie cũ Cæsar ad Reges concionem habiturus esset, cũ in loco qsq; suo(aderãt enĩ & Strigonieñ, Gurceñq; pontificis, Hispanarũq; Regis oratores)consedisset, Ita exorsus est. Tam diuturnæ moræ q̃ aduentũ meũ expectauistis, Serenissimi Reges, & si p Reuerendissimũ Gurceñ, oratoresq; nr̃os satis excusatũ me esse arbitror, tamẽ ut de me etiam intelligatis, Curæ quæ indies nobis, ac imperio nostro emersere, obstiterunt, quo minus cõmuni nostro conueniendi desiderio satis fecerim, tamẽ nihil a me unq̃ prætermissum est, ut q̃ citius possemus optatũ hunc conuẽtum nostrũ, quẽ Christianæ reipublicæ saluberrimũ speramus fore, perficeremus, Idq; cũ Dei optimi maximi auspicio, ex sentẽtia consecuti simus. Reliquũ est ut hæc nostra affinitas amiciciaq; ppetuo, ad nostram cõmunemq; omniũ utilitatẽ, conseruetur, ut non solũ in septentrione ubiq; pacem nos peperisse uideamur,

Quædam domestica.

Cæsaris Oratio ad Reges.

Sed etiam ut coniunctis uiribus contra perfidos Tur/
cas, Qua de re, ſatis accurate, oratores ueſtri, pridie
diſputauerunt, expedionem feliciter ſumamus, quam
ego quantum ab ineunte ætate ſemp̱ deſiderauerim,
teſtis animi mei, atq; uoluntatis Reuerēdiſſimus Stri/
gonienſis, erit, qui cum apud me (iam uigeſimus ſecun
dus annus agitur) orator eſſet, bellum contra Turcas
ſuſcipiendum perſuaderet, quam auidus huiuſce ex/
peditionis ſemp̱ fuerim, facile percipere potuit, Verū
& inteſtinis & finitimis bellis laceſſitus quominus
(quod ſummopere optabam) exequerer, obſtitit. Nā
LVDOVICO undecimo Gallorum Rege regnāte.
Item CAROLO octauo, ac LVdouico duodecimo,
quæ geſta mecum bella ſint intellexiſtis. Nuper autē
cum, ingentibus copiis, Franciſcus primus Gallorū
Rex in Italiam irrumpere tentet, deeſſe non poſſum,
quin iure Imperii ſuppetias Italis, feram. qui ſemper
a maioribus noſtris, & a nobis pro uirili, & defenſi, &
aucti ſunt. Et iam Heluetiorum peditum, qui nobis
fœdere iuncti ſunt, duodecim milia, quæ in armis eſſe
mandauimus, fauces Alpium, ut Gallorum tranſi/
tum prohibeant, occupauerunt, Duciſq; Mediolani,
copias, noſtris, quas in Italia tam diu contra Venetos
habemus, coniungi iuſſimus, quamobrem ſi Galli Al/
pes ſuperabunt, quod non ſine parua ſuorū militum
internicione facturos credimus, nouis iteꝝ bellis in Ita
lia, impeditos. trāſiuiſſe aliquando pœniteat. Hæc igi
tur, & ſi nos, ac deſideriū noſtrū impræſentiarū impe/
diant. tamen ſi contigerit, ut uel bello, uel pace res fe
liciter tranſigantur, ſperamus aūt Pontificis, Regiſq;

Catholici persuasione, alterꝝ omnino fore. æterna inui cem pace cõiuncti felicissimam hanc in Turcas expeditionem faciemus. Atqꝫ ne res absentia nostra frigescere quodammodo uideatur, rogatos uos uelim, ut aliqui, ad hoc negocium tractandum, perficiendumqꝫ deputentur, ut cum primũ idonea tempora offerent, quod & uos efflagitare uidemini, & nos summope cupimus, pro gloria, incrementoqꝫ nominis Christiani, exequamur. Cæsar igitur cum ornate, acuteqꝫ in hãc sententiam disputauisset, Strigoniensis Regum mandato respondit. Qui postquã Cæsaris tempora excusauit, se testem etiam esse dixit Cæsarem, nũquam ad bellum in Turcas inferendum requisitum fuisse, quin semper paratissimus (nisi finitima, & ĩtestina bella impediuissent) inuentus fuerit. Quod aliqui ad hoc interim eligerentur, probauit. Sic quoqꝫ Gurcensis, addito etiam in rei commendationem (ut suus est mos) uerborum cultu, in eandem iuit sententiam. Ita dies orando, disputandoqꝫ finitus est. Sequens autẽ donando, elargiendoqꝫ clarus fuit. CAESAR enim MAriam Reginam Neptem Cruce aurea, quinqꝫ adamantibus ornata, singulorum cuiusque palæ pollicaris latitudo, in ambitu autem Vniones uigĩti albicabant, quorum eadem fere magnitudo erat. Regem Sarmatiæ Lato clauo, equoqꝫ ungularũ tenus cataphracto, donauit, qui cũ hilari aĩo donũ accepisset, sic fertur dixisse, Sacratissimo Cæsari immortalẽ refero gratiã, atqꝫ ĩ hoc equo cũ omni tocius regni mei eqtatu ꝓ sua Maiestate ubicunqꝫ libuerit me pugnaturꝝ polliceor. undecimo kalẽ. Augusti (qđ sibi oĩno ꝑsuasum uelit)

Dona Cæsaris.

Tacita Cæsaris matrimonii protestatio.

Anna Regina, Vladislai Regis filia, cũ Cæsari despo
sata quodãmodo uideret, Imperator coronã auream
qua Ladislaum Boemiæ Regem olim coronatum me
morant, afferri iussit. Inde (aderant eni Notarii, & te/
stes) sic est exorsus. Quanq̃ ego te uxorẽ meam fore
dixi, sequestraq; fide tu mihi iuncta es. tñ ut, uel CA/
ROLO, uel FERDINANDO Nepotibus nubas
sententia est, si uero neutri, tu mea uxor esto. Quãob/
rem cum alter Castiliæ, Arragoniæ, Bethicæq; regna
habeat. alter Neapolitanũ in Italia sceptrꝝ habiturꝰ
sit. Egoq; cũ Romanorꝝ Rex & Impator sim, Te AN
na Reginã nuncupo ac saluto, aureãq; (hiis dictis) co/
ronam capiti imposuit. Duodecimo kaleñ. ut omnia
rite confirmarent Cæsar, Rex Pannoniæ. Rex Sar/
matiæ, Rex Boemiæ, Regina Anna, Regina Maria,
Cardinales Strigonieñ, Gurceñ, Principumq; (de qui
bus mox dicã) ingens numerus in diui Stephani tẽplo
conuenerũt. Ordo sic seruatus est, in dextris sellis Cæ
sar Regesq; cõsederũt, Ropertus orator Britãnicus,
Duces Bauariæ Vuihelmus, & Ludouicus fratres, Al
bertus de Mechelburg, & Vlricus Virtenbergensis
Duces, Episcopus Bosnensis Panno, Andreas de Ten/
czin Palatinus Lublineñ, Raphael, post hos uiri a Se/
cretis Sarmatiæ, Boemiæq;, Ducũq; oratores confer
tim oẽs seq̃bant. in Sinisttris Cardinales Strigonieñ,
& Gurceñ sedebãt, iuxta Laurent. Epũs Felt, Pontifi
cis orator, quidã nuper a sede apostolica cũ pecunia in
Pannoniã Legatus, Inde Archiepiscopus Bremensis
Episcopus Ratisboneñ, Germani. Archiepiscopus
Coloceñ comes de Frangapanibus, Episcopus quiq;

ecclesien̄ panno, Episcopus Vladislauien̄, Episcopus Posnanien̄, Episcop9 Premislien̄ Sarmatæ, Episcop9 Olomūcen̄ Morau9, Episcopus Patauien̄, Episcopus Labacen̄, Episcop9 Chiemen̄ Germani, Episcop9 Vacien̄, Io. Zagabrien̄ pannones. Inde Palatinus Sandamirien̄, Dux leo burgrabi9, Palatin9 Marieburgen̄ Sarmatæ. Albertus Pernstain camerarius regni Boemiæ, Ostrorog Sarmata. Multi præterea tū Panoniæ, tū Sarmatiæ uiri nobiles, quorū nomina in Nomē clatura scripsimus. In medio autē locus ædificatus tabulis erat, ubi Anna Mariaq; Reginæ consedebant. Qđ aūt interualli dextrorsum erat, orator Hispaniæ, ac Palatinus Vilnen̄, qui Annæ templū introeunti comites extiterāt, tenebant. sinistra Casimirus & Georgius Marchiones Brandeburgen̄ Mariā Reginā, quā & ipsi comitati fuerant, unaq; Principes uiri, Comes Bernardin9 de Frāgopan. et Bornamissa adseruabāt. Confecto igitur sacro Cæsar ex solio discedens, se ad Mausolæū patris Fiderici, quod prope erat, ut Pont. Max. habitū indueret, cōtulit. Inde ego cōcionaturus quanq̄ mihi angustissimus terminus præfixus erat, ad orandum accessi, sed tantus deperditoꝝ hominū strepitus increbruit, tanta dissonarū gentium, uocūq; uarietas, inualuit (neq; enī fabri lignarii, qui ad concinnā dum ꝑ Cæsare suggestū uenerat, fragorē numerauerim) ut ne tertia quidē parte recitata, persuadentibus etiā amicis, desinere cogebar. Tunc illud Terentianū in mentē uenit, Dii boni, Quantū homo homini præstat. Nam quemadmodū diuersæ orbis regiōes, ita & mores sunt. Certe ego Mastigophoro Aiace dignus

esse, Qui qdem arbitratus sim, apud illos haberi orationem posse, qui et pullos equorum comedunt, et lac concretum cum saugnine equino potant. Ego nihilominus, cum Regem Sarmtiæ attentum quodãmodo uiderem, tãtisper sum prosecutus, donec monstruosæ gentis immanitate uictus, accersitam extemporaliter Conclusionem feci. Verum ut, quæ minime audita est saltem legi possit, Orationem, & si breuiter, conciseq; subscribendam putaui.

Finis Secundi. Sequitur Tertius.

LIBER TERTIVS.

ORATIO IN CONVENTV INVICTISSIMI MAXIMILIANI Cæsaris semper Augusti, Serenissimorumq;, VLADISLAI LVDOVICI, Patris & Filii, ac SIGISMVNDI. Pannoniæ Boemiæ, ac Sarmatiæ Regum, per Riccardum Bartholinum habita.

ET SI ab orandi officio, in quo tamẽ mediocriter uersatus sum, semper abhorrui Sacratissime Cæsar Serenissimi Reges, nunc aũt ex sententia hoc onus, quanq̃ arduũ est, suscepi. Nam quis unq̃ in Diuino Sacratissimi Imperatoris, triũq; potentissimiorum Regum conspectu? Quis inq̃ in tã amplo, Reuerẽdissimorum Cardinaliũ, tot Principũ, illustriumq; uirorũ, consessu orationẽ se habuisse gloriari potest? Profecto ego diis ĩmortalibus gratias nõ uulgares habeo, Quos tũ me, præter consuetudinẽ, reddidisse animosiorẽ uidere uideor, tũ quia Christianũ Imperiũ, quod consilio & armis, tueri non modo, sed & amplius reddere, & latius uos decet, pristinas uires resumpturũ esse arbitror. Cæterũ tanta uestri omniũ, siue imperia, siue res gestas cõplectar animo, magnitudo est, ut & si mihi satis firmã in dicendo fiduciã, ne dicam confidentiã, præsumpserim nõ nihil timere oĩno cogar. Nam si Demostheni, apd̃ Philippũ Macedonũ Regẽ dicẽti contigit ut pene laberet, Eundẽq; unius ciuis Phocionis præsentiã adeo timuisse, ꝓditũ est, ut illũ linguæ suæ nouaculã appellare solitus sit. Si multi ex Latinis etiã in foro allucinati sunt. Dii boni quid mihi facere par est? cum tuũ

Sacratissime Cæsar, inuictissimorũq; regũ conspectũ intueor? Quare non tã mea dicendi imbecillitas, q̃ ue strarũ re℞ magnitudo, qua candidissimũ qđq; ingeniũ obrueret, culpãda erit. Nũc aũt cũ de hoc felicissimo cõuẽtu, q quã necessarius, & q̃ utilis Christianæ reipublicæ futurus sit, cũq; de uestris laudibus, atq; regnorũ uestro℞ dignitate, uerba facturus sim, æquo animo feratis obsecro, si aut concisius q̃ deceat, aut præssius q̃ ipsa fortasse rerũ sublimitas, exposcat, dixero. Profecto, siqd ingenii in me est, quantũq; coniectura asseq possum, Dei Opt. Maximi nutu, ut tandẽ conuenire/tis, factũ iudico. Quid enĩ tam necessariũ fuerat? qd expetendũ magis? q̃ ut, labantibus pene Christiana℞ gentium rebus, uos qui Dii in terris habiti estis, communi omniũ utilitati, consuleretis? Instarq; Numinũ cœlestium curã totius orbis susciperetis? O auspicatissimos dies, o fœlicissima tempora, o sæculum aureũ, in quo tã necessariũ & uobis Serenissimi Reges, & toti orbi terra℞ conciliũ celebratũ est. Video enĩ (nec ꝑfecto fallor) simultates non modo, odiaq;, si qua prius intercesserãt, peritura, sed etiã tam arctis uinculis saluberrimũ amiciciæ fœdus oritu℞, ut, Christiani qd imposte℞ timere possint, nõ plane uideã. Quandoquidẽ gentes impiæ, ac perfidũ Turca℞ genus, quiq; nostræ aduersant religioni. cum tãti Imperatoris, tot ĩuictissimo℞ regũ societatẽ affinitatesq; intellexerint, ut sibi, suisq; ipso℞ regnis timeãt, necesse erit, cum prius multo liberius, q̃ dici possit (ut sæpe intelleximus & expti sumus) cũ maxima Christiano℞ clade, atq; internicione (qđ meminisse piget) nr̃as irruperint sedes, prædas

Diuisio. (margin, beside "obrueret")

Prob. a ꝑpessis cladibus. (margin, beside "suisq; ipso℞")

abegerint, tãtaq; immanitate usi ferantur, ut ne infantibus quidẽ parsum fuerit. Idq; tũ imprimis ausi sunt, cum Principes nostros, quorꝫ tuẽdi nos ꝓuincia est, & odiis, & bellis ĩter se implicatos, intelligerẽt. Neq; .n. ut eorundẽ discordiis a Turcis Byzantiũ captũ fuerit, repetendũ est, non ut florentissimũ toti9 Græciæ euersum Imperiũ, impositũq; tot ꝓuinciis iugum, sed recẽtiorib9 insistendũ rebus est, ut hunc Conuentũ necessarium fuisse oẽs intelligant. Litteræ siquidẽ ad tuã maiestatẽ Sacratissime Cæsar allatæ fuerunt, qbus significat' Selimũ Turcarũ Imperatorẽ, post fratres, nepotesq; strangulatos, cum totius orbis imperiũ anĩo præponeret, expeditionẽ in Italos parare cœpisse, ratum (ut litterarũ uerbis utar) iis subiugatis, reliquũ quod destinauerat facile perfici posse. Itaq; ingenti nauium classe parata, congregatis undiq; militibus, cõmeatibusq; ad maritimas urbes, dispositis trãsitũ ad Italos meditabat'. qđ ut tutius securiusq; efficere posset. tecũ Serenissime VLadislae, pacẽ firmauit, atq; id ipsũ quod cogitauerat, iã perfecisset, nisi a Sopho Persarꝫ Imperatore apud Araxem fluuiũ, cum ingenti exercitus cæde, ꝓfligatus fuisset. Tanto enĩ animosiores ad bellũ in Christianos suscipiendũ Turcas fuisse coniicio q̃to maioribus odiis (ut retuli) principes nr̃i detineri uidebant'. Quid si littoribus Italiæ, cũ qnq̃ginta milibus equitũ appulissent. qui milites describi? unde copiæ ex Italia, quæ diutinis bellis, iã uiriũ exhausta est, ad tã immanes impetus repellendos, parari poterãt? Atqui tu Augustissime Cæsar, nam tua Italia est, ꝑ te defendi debet, tandẽ succurrisses, triumphũq; repor-

Accersita narratio. Prob. a futuris.

ſes. Sed p deos immortales (libere ſari liceat mihi) ob ſecro, quot pri⁹ cæſos, quot d̄populatas regiões, quot oppida deuaſtata fuiſſe putandũ eſt, q̄ Itali tuas (longe .n. abes) ſuppetias ſenſiſſent. Qua ꝓpter, Diis magnis uolentibus auguror, qui ſacræ religioni nr̄æ nunq̄ defuerunt, actum eſſe, ut & Reges orientis mutuis ſe bellis debilitarẽt, & uobis, ad concordiã, pacẽq; ineundam, tẽpus ſuppeteret, quæ cũ primũ ab externis hoſtibus intellecta fuerint, non ſolũ nr̄a nõ laceſſent, ſed etiã ne ſuis qdẽ limitibus tutos eẽ poſſe arbitrabũt. Id circo hic cõuent⁹ ut neceſſarius, ita & utiliſſim⁹ (ut ad hanc quoq; partẽ deſcendamus) uideri poterit. Si .n. ꝓprium cuiuſq; cõmodum ꝓſequi uolumus, quid hoc utili⁹ unq̄ cogitari potuerit, qd ſalubrius neſcio, cum regna nõ modo armis cõparari, ſed etiã amicitiis fulciri debeãt, quæ cum ueræ ſunt firmiſſimũ ſtabilimentũ afferunt, contra autẽ maximo ſæpe exitio fuiſſe manifeſtum eſt, qua de re exempla & apud Romanos & apud externos (ne de uobis loquar) q̄ plurima referri poſſunt. Quare hæc ſocietas & ſi ab aliis, potiſſimũ uero a uobis Auguſtiſſime Cæſar, Sereniſſimi Reges ut diu expetita, ita ꝑpetuo conſeruãda eſt. Nam quẽadmodũ ĩperiis coniuncti eſtis, ita & ſocietate, & amicitia cõiuncti, ut ꝑpetuo ſitis utiliſſimũ erit. Germania ſiquidẽ Sarmatiæ, citra ultraq; Viſtulam fluuiũ, iungit, ab ea itẽ Pannones Carpathiis montibus, quos & Sarmatios dicunt, ſeparant, qui qdem hanc ꝓuinciã in q̄ ſumus ĩcolunt, mutuoq; cõmertia agitant, Quotum ergo ueſtra hæc imperia interliminiũ diuidit: ubi

Scd̄m diuiſionis mẽbꝝ ab utili

Ab Vtili Proprio.

Vtilitas a Regnis.

alteri alterius subsidiũ, & parare simul & trãsmittere copias potest. Quamobrem huiusce fœderis, felicissimæq; affinitatis uícul ũ non solum uobis utile erit, sed posteris quoq;, & regnis. Illi pacatissima sceptra, quo nihil prius aut antiqui9, optari potest, excipient. Hæc non tantum dignitatem suam, ac maiestatem retinebunt, sed per uos etiã ampliora fient, & maiora. Nam cum animo complector, bella scilicet a uobis toties feliciter gesta, uestriq; omniũ diuina ingenia, Imperiorũ potentiam, ac magnitudinem, procera uirorũ corpora, promptissimosq; ad pugnãdum animos. Quæ plaga orbis terrarum (modo beneuolentia uinciamini) quod tam abstrusum mortalium genus? quod a uobis & penetrari, & uinci non possit? Nam ut a te incipiã inuictissime Cæsar, nihil in quopiam mortali, quantũ ad uitæ felicitatem, atq; animi magnitudinem attinet, qui tibi, uel natura largita fuerit, uel tua parauerit uirtus, desiderari potest. Si enim genus repetimus, a Clodoueo Francorum Rege, ne priores illos Priamũ atq; Marcomyrum indagemus, ortum habes. Qui quidẽ non solum Alemannos, Gothosque uicit, sed etiam, Alarico in pugna necato Aquitaniam subiugauit, tuorumq; maiorũ in Gallias usq; propagauit imperium Floruit Quadringentesimo nonagesimo Dominicæ conceptionis anno. Hoc autem a me relatum est ut omnes intelligant, Genus tuum mille & amplius, ad hanc usq; ætatem annos continua Regum, Principumq; serie, claruisse. Sed multo clarius tui reddunt Quippe qui ex matre Regina HEDVARDVM

Vtilitas & a regnis, & posteris.

Tertium a laudibus Cæsaris.

Laus a Genere.

Laus a Natalibus.

Lusitaniæ Regem auum, patrẽ Fidericum Ro. Impa/torẽ refers. Sed hæc & si ornamentũ afferre aliqđ uidentᷣ, tamẽ nisi uirtute, et reꝝ gestarũ gloria excolantᷣ (cum ueniæ præfatione) sordescunt quodãmodo, atq; obliterantᷣ. Quantũ autem tu Cæsar elaboraueris ut mai9. s. Imperii decus posteris relinq̃res, q̃ a maiorib9 acceperis, ꝑfecto arduũ esset recensere. Qđ tũ in animi tui præstãtia, tũ in rebus, a te feliciter gestis, positũ collocatũq; uidetᷣ. Nam si Prudentiã, qua polles mecum cogito, qui tibi cõparari possit, reperio profecto neminẽ, cum ꝓpria hæc tua laus sit, non minores copias consilio q̃ armis uicisse. Vnde nullum unq̃ fuisse Imperatorẽ puto, siue Cæsarem Dictatorẽ, Augustumq; recenseas, siue externos illos Philippum Macedonicũ Alexandrũ, Antiochum, Mitridatẽ, Tygranem, siue maiores tuos, Othones, Albertos, Rudulphos, Fidericos nomines, qui perinde atq; tu Sacratissime Cæsar aduersa (contigere enim tibi plurima) non solum fortiore animo pertulerint, sed feliciore quoq; exitu supauerint. Alterũ Prudentiæ, alteꝝ Fortitudinis specimẽ est. hiis ergo præuiis, tum domi consilio, tũ foris bello populosissima, atq; amplissima Imperia, & tibi, & posteris cõparasti. Dixi etiã bello, nam ubi hostis cõsilio superari nõ potest, ferro cernendũ est. Qua qdem in parte q̃ fortis, q̃ uehemens, q̃ inuictus semper extiteris, testes sũt Sycambri, Morini, Galli, Heluetii. Quibuscũ septies, aut amplius signa contulisti. Qui quidẽ cum aberas, uictoria quodãmodo frui uidebantᷣ, cũ aderas quantũ Diuina tui præsentia atq; uirtus posset, cum facile uincerentᷣ, sentiebãt. Nollẽ Boemicã pugnam

Laus a se ipso.

Laus a prudentia.

A Fortitudine.

Laus a rebus gestis.

recensere, sed cum a tãto principe uinci etiã gloriosum sit, Audeo hoc dicere, nullibi unq̃ neq; fortius, neq; periculosi9 pugnatũ eẽ, adeoq; feroces illos Boemorų aĩmos, & admiratus es, & tibi placuisse prætetulisti, ut non solum iis q̃ superant clementissime peperceris sed inposterũ quoq; bellicosissimũ populũ tanta beneuolentia ꝓsecutus fueris, ut stipẽdiarios & præsidiarios eos semper habueris. Contra ii quãtæ erga te fidei extiterint, testat̃ illa ad Moranum obsidio. in qua, ut tuæ celsitudini fidẽ seruarẽt ad turpiũ quoq; animaliũ esum descenderunt. Verų enĩ uero quæ in Gallia egisti tum iuuenis admodũ, tũ proximis annis, maiora sunt, q̃ ut per me in præsentia referri possint. Italica autem gesta, & si grauia tractatu fuere, tamẽ uel ob hoc memoratu digna, q̃ seruitutis iugum, a nobis quodãmodo excussisti. Profecto non tam tibi gloriosum est, hostes pene fractos reddidisse, q̃ etiã tuæ Maiestatis, & sociis, & amicis, totiusq; Italiæ saluti consuluisse. Sed quoniã magis, aliorũ laudibus, q̃ propriis delectaris. ad Serenissimũ VLADISLAum orationẽ conuertã, Qui quidẽ, cum abs te diligi non modo, sed & uehemẽter se amari intelligat, neminẽ tua Maiestate (ut liberų Fratrisq; pietatem sileamus, neq; gratiorem habet, neq; chariorẽ. Cum igit̃ de te dicendum sit Rex felicissime, plurima sunt quæ ultro sese offerunt. Verum q̃tum ad præclarissimũ tuum attinet genus, quod etiã cum Serenissimo fratre tuo cõmune tibi est. Constat potentissimos Lituaniæ Duces, Iagelnũ, Vetholdũq; progenitores uestros fuisse. quorų alter, cui Vladislao postea cognomentũ fuit, Polonis imperauit, Is duos

Laus Boemorũ in seruanda fide

Trãsitio ad laudes Serenis. Regis Vladislai.

Laus a maioribus.

sustulit liberos, quorũ maior natu, non solum Poloniæ
sed etiã Pannoniæ regnum adeptus, dum pro Catho-
lica fide sæuit in Turcas, desideratᷣ. Alter Casymirus
fortunatissimus scilicet pater uester a Polonis in eius
locũ suffectus est, quẽ ego omnium mortaliũ felicissi-
mũ fuisse iudico. Quippe qui cum a tã beata Regum
progenie descenderit, Filios quoq; continua serie futu
ros post se Reges reliquerit. Nam cum tu pene iã pu-
er, Boemiæ prius, deĩde Pannoniæ sceptrũ suscepisses
felicissimo fratri Ioannes Albertus in regnũ Poloniæ
cooptatus est. Huic Alexander. Alexãdro, tu q nunc
non minus fortiter, q̃ sapienter imperas Serenissime
Rex SIGISMVNDE, post Glogouiæ, Oppauiæq;
ac Magnæ Lituanæ Principatũ, successisti. Verũ hæc
aliã dicendi curã exposcunt. Nunc autẽ si annos, ut ad
te redeã, Serenissime VLADISLAE, euoluimꝰ, qui-
bus quantũ in adolescentia Boemis, in ꝓuectiore æta-
te Boemis simul et Pannoniis charus extiteris, nec mo
Laus a pru- dum, nec finẽ nostra esset habitura oratio. Hoc tamẽ
dentia feli- tuæ præcipuũ laudis est, duobus regnis, nec diutius,
tateq; reg- nec felicius unq̃ imperitasse quemq̃. quæ quidẽ non so
nandi. lum prudentia tua, & defensa, & aucta sunt, sed etiã
bello, qđ multos annos cum Mysis, Valachis, Turcis
A bello. ita fortiter confecisti, ut aut uictor omnino semper fu-
eris, aut iniquis illi coacti conditionibus abs te pacem
poposcerint. Nam quãti, & nominis, & terroris apud
A phama. Scythicas natiões semp extiteris, uel hic facile colligi
potest, ꝙ Turcaꝝ Impator, tunc satis sibi, suoq; impe
rio consultũ fore putabat, si tecum fœdus pepigisset,
Idq; cum antea sæpe, tũ nuper etiã uisum est. Quippe
qui ad

qui ad inhospita pariadrorum montium loca, contra Sophum Persarũ Imperatorẽ, ire cũ exercitu, nisi tecum prius pace iungeret̃, formidabat. Mira ꝑfecto potentiæ tuæ laus, cum is te ꝑtimescat, qui se orbi terrarum iugum impositurũ, paulo ante gloriabat̃. Hactenus de te dicere decreuerã, nisi illud memoratu dignũ occurrisset, inquo summa tua & prudentia, & fortitudo cognita est. Conflato enĩ Seruili bello, quod tã atrox sæuũq; fuit, ut, propiores periculo fuerint ne qui uicerint, an qui uicti fuerint, incertũ sit, totum pene regnũ distractum uidebat̃. Tu aũt pristinã animi tui uirtutẽ resumens, adeo seruili furori obstitisti, adeo feroces illos cõtudisti anĩos, ut in præsentiarum tutius, securiusq; regnũ esse non possit. Tot igit̃ rebus a te fortunatissime gestis, hoc etiã felicitatis Deum Opt. Maximum addidisse uideo, ꝙ cum iã ætate confectus sis, præstãtissimos liberos Serenissimũ .s. Ludouicũ & Annam, supstites habeas, quorum alterũ, cum pene iã infans esset, non solum tibi duobus in regnis successorẽ uiuens cooptasti, sed etiã Cæsari Principum maximo, una cũ sorore Anna, contracta iã diu affinitate, nup constanter firmata ut iũgeret̃, curauisti. atq; mihi si de hiis uera augurari licet, duo surgẽtia Regnorum tuorũ sydera, duo soles uideri possunt, nihil gratius, nihil uenerabilius, pulchri ambo, prudentes ambo, & anteq̃ p ætatẽ præseferri possit, quædã in hiis latens anĩ magnitudo atq; maiestas internoscit̃. Quid ergo ad tuã, eorũq; felicitatem desit, non plane uideo, Cum etiã post felicẽ obitum tuũ tale inuenerint regnorum stabilimentũ, ut & tuto, & diu imperare possint. prosequerer de te plura

Laus a sedata intestina seditiõe

Laus a cõsilio in posteritatem

Laus Ludouici Regis & Annæ.

nisi me Serenissimi fratris tui SIGISMVNdi partes auocarent. Quamobrẽ ut de te iam auspicer inuictissime Princeps, ne generis felicitatẽ repetam, quã, maximũ tecum fratrẽ, cõmunem habere dixi, Vera laus in dicendo nulla difficilior est, q̃ ubi multiplex est laudãdi loc9, obruit̃ enim ingeniũ, nec unde exordiũ capiat, intelligit. Idem mihi, in te contigisse uideo. Nam si ea tantũ, quæ in prouectiore ætate, & ante, & post susceptum regnum, sapienter egisti, dixero. Multa in adolescẽtia superunt, quæ memoratu digna, siue moꝝ disciplinã, siue anĩ magnitudinẽ ꝓsequi uelim, uiderent̃.

Transitio ad Laudes Regis Sigismundi.

Tacitæ totius uitæ laudes.

Cæterũ, ut iam tecum compẽdio utar, quantũ Diuinã tui præsentiã contẽplatus sum, te maiore uultus maiestate (unũ excipio Cæsarẽ, cui interris nemo par est) credo mortaliũ esse neminẽ. Illudq; tuũ silentium, qđ tibi peculiare fert̃, altissimarũ cogitationũ indicium præsefert, in quo maxime etiã prudẽtiæ, ut sedes sita sit, necesse est.

Laus a maiestate.

Nam ubi & quãdo opus est sapiẽter & grauiter loqui, Diuini potius ingenii q̃ humani esse iudico. Sed hæc tibi, ut perq̃ paucis par esses, atributa sunt.

Laus in Loquendo.

Quantũ aũt bellicis in rebus, hoc enĩ meũ dicẽdi ĩstitutũ est, & inuictus, & fortunatus fueris, omnes norunt. Taceo q̃ fortiter olĩ, diuq; contra Tartaros, qq; intra, extraq; Tauricã incolunt Chersonessum, pugnaueris. taceo quas clades Moscis, Roxolanisq; cis ulsq; Borysthenem intuleris, quantũq; eorundẽ prouinciæ tuo adieceris imperio. Cum nuper quãti & ingenii sis, & fortitudinis facile ꝓspectum sit. Quippe qui ad Neper fluuiũ, quem antiqui (ut dicebam) Borysthenem appellauerunt, parua manu, ingẽtes Moscorũ copias

Laus a reb9 bellicis.

ſtrauiſti, ubi quadraginta fere hoſtium milia cecidere, tuorum autẽ perpauci, & ii aduerſis omnes confecti uulneribus, deſiderati ſunt. Longior eſſẽ de te SIGISMVNDE Rex Sereniſſime, niſi ad exitum iã properaret oratio. Nam mihi quoq;, quanta regnorũ ueſtrorum amplitudo, quantaq; eorundem potẽtia ſit & in iiſdẽ, q̃ impauidi ac uulnera gignant animi, dicendum eſſet, niſi tu Sacratiſſime Cæſar, Inuictiſſimi Reges, uerius uos, q̃ ut per me recitari poſſit, ſciretis. Sed ut breui omnibus innoteſcat, Omnia ueſtra impia, ab occaſu ad ortum, ſi a Belgis pontũ uſq; auſpicemur, decies cẽtenis ſexcẽtis milibus paſſuũ, fere ꝓtendunt, latitudine autẽ ab Adriatico ſinu, Germanicum uſq;, Oceanũ, ſepties centena quĩquaginta milia paſſuum continent, Quæ ut ampla, ita & innumerarum gentium, ac populorum altricia ſunt, tantiq; animi, atq; roboris in hiis aluntur uiri, ut antiqui & recentiores, ſine ſeptentrionalibus legionibus, nihil unq̃ uinci potuiſſe, nihil perfici, ſæpiſſime cognouerint, Maximæq; gloriæ imperatoribus Romanis accedebat, ſi uel Germanici, uel pannonici, uel Sarmatici appellarent, non quia ueſtras prouincias, quæ imperuiæ ſemp, atq; inuiolabiles externis fuere, uicerint. Sed quoniã eas ĩ fide retinuerint, ut ab illo merito dictũ ſit, das Cattis Daciſq;, fidẽ, cognominatos affirmari. Proinde Auguſtiſſime Cæſar, Sereniſſimi Reges in hoc ſacro cõuentu, qui q̃ neceſſarius, & q̃ utilis rei.p. futurus ſit, intellexiſtis, hoc agite, quãdoquidẽ uos, neq; prudentia, neq; uirtute, rerũq; geſtarũ gloria, qñ nec regnorũ potentia,

Vltimũ diuiſiõis mẽbrum.

Imperiorũ longitudo ac latitudo

Laus Regnorũ a fortitudine uirorum.

Repetitio dictorum.

Gentiumq; bellicosarum multitudine, a quoq̃ supera mini, hoc inq̃ agite, ut ꝑpetua copulati (ut occepistis) beneuolentia, nō uestra modo impia conseruandi cura sit, orientaleq; sceptrū a crudelissimis Turcis reposcē di, sed etiā tum gloriæ, tū augendæ Christianæ Reip. gratia, ultra Armenias, Araxemq;, ultra Garamātas & Indos, inferendi signa flagret cupido. Quis uestræ resistet magnitudini? qs uestras uires non reformida/ bit? cum omnes tū bellicis uirtutibus, tum regnoꝝ po tentia, militūq; fortitudine, cunctos facile supetis im/ peratores, cum uos nō alieno auxilio, sed propriis fræ ti uiribus, crebros externarū gentiū triumphos repor taritis? Nunc aūt cum Dei Opt. Max. nutu, coniūctæ uires, imperiaq; tā fausto affinitatis uinculo connnexa sint. Obsecro uos (ut uobiscū iam loquar Reuerēdissi mi Cardinales) q̃tum salutis, qetisue Christianæ reip. allatura putatis? Quare & si omnibus tū Germaniæ, Pannoniæq;, tū Sarmatiæ principibus, si omibus inq̃ qui adsunt pientissimis præsulibus. Vobis aūt potissi mū Christianus orbis debere fatet, qui tam uigili cura studio, labore, ea ꝑtractaueritis, quæ ad ornamētum, gloriamq; Christiani nominis ꝑpetuo futura uideant. quibus non solū communē omniū fortunam extulistis Sed etiā cū Leone Pont. Max, non uulgarē iniistis gra tiam. Quippe qui nihil aliud cogitat, nisi tranquillum Catholicæ fidei statū facere, Principesq; nr̃os ita con/ cordes fore optat, ut uigilantius solertiusq;, nihil ha/ ctenus, q̃ ut pacem, beneuolentiāq; mutuo amplecte rent, sollicitauerit. Idq; imprimis tibi, Reuerēdissime Gurceñ, & in mandatis adiecit, & crebro per litteras

Laus Car. Strigoñ & Gurceñ.

Laus Pōt.

Laus Gur. propria.

significauit, quod qdem in praesentia cum ex amussim pfeceris, si unq̃ alias, tum in patria, tũ apud externos, quãti & ingenii, & solertiae sis, praetetulisti, cum uenia tuarũ laudum dixerim, nullibi tamẽ maius prudẽtiae tuae praeconiũ, q̃ in hac, abs te feliciter peracta, tã ar/dui negotii, magnitudine, elucescet. Ergo Orthodoxũ iam gaudeat imperiũ, exultet Christianũ nomẽ. Cum te Sacratissime Caesar, uos Serenissimi Reges, uestra erga mortales pietas, ad cõmune omniũ bonum, utili/tatẽq; coniunxerit. Quis eni tam hebes q regnis etiã uestris, sacrisq; penatibus, ac magnis diis, sapiẽter cõ/sultum neget? quis non uestrarũ rerum accessus ut feli cissimus futurus sit, utq; faustissima in posteros for/tuna oriatur, intelligat? Per uos ergo non desit, cũ po/tentia uestra, ac magnitudo, promptissimiq; ad effun/dendã animam populi, minime defutura uideant. Hoc icta nup foedera, copulataq; affinitatibus imperia ex/poscunt, hoc augenda Christianorũ res. p. subministrã daq; uestrarũ maiestatũ & sociis, & amicis auxilia ex/petunt, hoc inq̃ arma in perfidos Turcas uertenda, qd tantope ab ineunte aetate Sacratissime Caesar optasti efflagitant. Vestro eni hoc conuentu iam in Scythia tumultuatũ est, iam oppida muniri, tormenta parari cepta. Tollite ergo animos, uiresq; contra infidũ hoc genus colligentes, in Arabiã unde oriundũ est pellite. Ita eni tãti Impatoris, tot Regũ conuentũ, ut necessa/riũ, sic etiã saluberrimũ fuisse intelligemus. Vosq; Re gnis non modo uestris incrementũ, ac ppetuitatẽ, sed immortalem quoq; uobis, apud posteros nominis glo riam comparabitis.

Conclusio.

VIX EGO ad exitum pueneram cum Cæsar Imperi ali habitu, coronaq; (qđ regnum Germani appellāt) ad suggestum ascendit. assidebāt VLadislaus SIGISmundus, LVDOuicus Reges, Vuilhelmus Bauariæ Dux, a pila aurea, q̄ orbis imperiū repræsentat, Mareschalcus de Pappēhaim, à pugione quo iusticiā defensionēq; fidei intelligimus, antestabāt. Inde mox Regina ANna ad Cæsarē deducta est. Cūq; ad publicā stipulationē deuentū, iuxta Imperatorē stetit, nec mora, Cæsari MAXIMILIANO Rom. Imperatori, nisi CAROLVS, FERDINANDVS ue Reges, Nepotes, infra annum acceperint, ANNA Vladislai Regis Pannoniæ filia, Arrabone annulo, & Strigoniensi, qui cōnubialia uerba fecerat interprete nubit. Inde LVdouici Boemiæ Regis Vladislai Regis filii, & MAriæ MAXimiliani Imperatoris Neptis, Matrimoniū etiā annulo confirmatū est. Quæ dū agerent, Rex Vladislaus cū filiā tanto matrimonio copulatam, filio uero Cæsaris Neptem uxorē dari, uideret. præ gaudio effusissime lachrymatū ferunt. His pactis a Cæsare, tribusq; Regibus, Ducenti fere uiri nobiles militiæ ornamento, atq; insignibus donati sunt, tandē fessi domum repetiuere. Gurceñ. apud Regē Sarmatiæ prandit, Inde pomeridiano tempore ad ludū hasticum itū est. Imperator, Regesq; ac Reginæ ex podiis spectauerūt pariū trium certamen habitum, interfuere Marchiones Brandeburgeñ Georgius & Casymirus fratres, Comes de Hardecko, Iacobus de Landau, Ardolph9 de Bibracho, Dauid Cneriger. Victores Com. de hardecko, Iacobus de Landau, Ardolphus de Bibracho

(quanq̃ a seruo adiutus) fuerunt. Peractis ludis, uergente iam ad occasum die, basilicum a Cæsare symposium in arce habitũ est, Conuictores ita discubuerunt, VLADISLAVS Pannoniæ Rex, Rodtalerina Dñi Sigismundi de Dietrichstain, MAXIMILIANVS Impator, ANNA Regina SIGISMVNDVS Poloniæ Rex MARIA Regina, LVDOVICVS Rex Boemiæ, Matrona curiæ Pãnonicæ præfecta, Archiepiscopus Bremeñ, Episcopus Regisboneñ, Vuilhelmus & Ludouicus Bauariæ Duces, Albertus Dux de Mechelburg, Singuliq; ii, singulis matronis accumbebãt, Inde Pannones Sarmatiæq; uiri primores longo ordine conuiuabant, omnesq; (ut de Aristippo inquit Tertullianus) ita nepotati sunt, ut saliares cœnas, ac Persica conuiuia superauerint, Trecenti eñi (aut ni fallor) plures ciborum missus numerati sunt, omnia auro argentoq; micabant. Stromata autẽ, ac peristromata Campanicis Alexandrinisq; consutis, belluatis, prætiosiora parietes, Pauimentum stratoria, tapetesq; operiebãt, Cumq; p impetũ reclusis foribus ingens mortaliũ uis introrũperet, Cæsar ad hortum, quẽ pensilẽ in arce habet, cũ Regibus, choreæ ut ducerent descẽdit. Interi ego ad COLImitiũ meum, quẽ Mecænati simillimũ iudico, contuli, ubi & PIEriũ Grachũ, Callimachũ, aut Philetã alterũ, ita elegos scribit, STAbiũ STIboriumq; Mathematicos, ac AEGidiũ Rem Iureconsultũ, uirũ tum moribus cultissimũ tũ historiaꝝ disputatorẽ subtilẽ ac eruditũ cõueni, q apud Colimitiũ cõuictores fuerãt, nullusq; nõ dies est in quo & disputãdo, & legẽdo qppiã præclarũ conseq non possis,

Conuiuiũ maximum

Colimitiana Academia.

adde frugi hominis humanitatẽ, liberalitatemq; qui-
eruditos quosq; ita cõplectitur, ut sibi nihil prius q̃ to
tum sese iis, ne dum facultates elargiri. Mane autẽ cũ
Gymnasiũ (est eñ Viennæ pcelebre) gratulandi offi-
cio in Cæsarẽ fungi uellet, ipse magnis negociis inter-
pellatus ut breuiter dicerent, lecturus mox orationẽ
si scriptã darent, mandauit. Quod cum Vadianus me
us uir cãdidissimi ingenii (sibi eñ dicendi prouincia in-
iuncta erat) accepisset, sic breuiter Cæsarem allocut9
est. Satisfactum arbitror uoluntati tuæ sacer Impera
tor MAXIMILIANE, q; orationem, quã Gymnasii
tui nomine coram habiturus erã, maximis & amplissi
mis rerum tuarũ negociis id intercipientibus, te iuben
te ex animo in paginã transtulimus, hoc ipso cõmune
officiũ, & sedulitatẽ erga te nostrã ostensuri. Tu eam
cũ horis ociosis legeris, ita recipito ut animũ inducas
tuum nihil horum uerborũ, quæ de maiestate, poten-
tia, & uirtute tua sentimus copiose satis pro ardẽtissi-
mo nostro in te amore, summaq; rerum a te gestarum
admiratione, litterarũ monimentis demandari posse.
Cui quidam a secretis Imp. nomine respondit, Cæsari
tanti Gymnasii, ac eruditorũ uirorum aduentũ gratũ
fuisse. Eidemq; fauorem, ac operã omnem pro cõser-
uanda, augendaq; eius dignitate largissime polliceri,
Nihil eñ prius Maiestati suæ fore, q̃ ut studia, inge-
niaq; suorum florere intelligant. Cum aduesperasce-
ret nuptiæ Sigismũdi Dietrichstain, & N. Rodtaleri
næ ad multã noctem celebratæ sunt. omnes, præter
Sarmaticum, Reges Reginæq; interfuerunt. Postero
die iterum hasticus ludus factus est. Spectauerunt

Cæſar, Reges, ac Reginæ. Paria duo concurrerunt,
neutrũ (cum pariter caderent) uictor. Octauo kalẽ.
Auguſti Hippomachia ideſt uerũ equeſtris pugnæ ſi/
mulachrũ (Caſtrenſi uocabulo torniamen uocant) ha
bita eſt. Inſtitutum ut arbitror Phrygium, ſed pueri
olim in eo certabant, unde Maro autor, Troiaq; nunc
pueri troianum dicitur agmen. Et Cæſarem legimus
troiam, turma duplici maiorum, minorumq; puerorũ
luſiſſe. Viennæ ampliſſimum forum eſt, in quo q̃dra/
tum ſeptũ, ſed longius q̃ latius factum fuerat, ſiniſtra
ingredientibus lignea domus, inqua & iudices ſtabant
& eorum qui pugnaturi erant arma affigebãtur. Dex
tra temporariũ pegma, frondiũ ſcœna opertum Cæ/
ſari, Regibuſq;, ac Reginis, cæteriſq; Principibus, qui
ludo non intererant, præparatũ. Turma duplex ideſt
paria quindicĩ fuere, neq; enĩ niſi principes uiri, aut qui
rerum geſtaꝝ gloria nobiles euaſerant, ingrediebant᷑
Inſtitutũq; apud Germanos antiqſſime obſeruatũ au
tumo, ex quo & ſtrenuiſſim9 qſq; ſummã laudẽ repor
tabat, imbelles autẽ dedecore afficiebantur, adde ꝙ ſi
quiſpiã, uel regiæ uel mediocris conditionis, qui quidẽ
aliqd perperã, Ignominioſeq;, aut uecorditer ante pa/
trauiſſet, ludo miſcuiſſet ſe, ita oẽs illũ ipſum, uel cla/
uis uel frameis inſectabantur, ut lege militari impune
necarẽt. Nam militẽ germanũ ab om̃i labe remotũ ali
uolebãt, q̃ militũ diſciplina ut conſtanter ſeruaret᷑ hu/
iuſmodi certamia, ad quæ ingredi glorioſũ erat, nõ in/
gredi turpiſſimũ, a maioribus ĩſtituta fuerũt, quæ nũc
mitius delectatiõis gr̃a, a noſtris exercent᷑. Igitur cum
ſeparati ſeptũ ĩgreſſi fuerũt, q priores, hoſtes ĩ pugnã

Hippomachia, antiq̃ origo.

Torniamẽ/tum cur a Germanis obſeruatũ

126

Paria certantium.

prouocabãt. Itaq; singulis paribus ab initio, diuisis turmis, pugna inita est. Primi mucronatis lãceis Vuilhelmus Bauariæ Dux, Casymirusq; Marchio Brãdebur. concurrerunt, hastisq; perfractis, exertis se inuicẽ machæris aggressi sunt cæsim (neq; enĩ ferire punctim licet) cũ in longũ certamen ꝓtraxissent, dirempti sunt. Secuti sunt Georgius Margraphius itẽ Brãdeburgeñ & Albertus Dux de Mechelburg, qui cũ lanceas fregissent, uersis repẽte frenis, ad uulnera irrupere (neq; enĩ ioco credas actum esse) sed incalescẽte (ut fit) martiali animo, non solum scuta inuicẽ framæis dissipauerunt, sed etiã ensibus, crebris adactis ꝑcussionibus fregerunt. Itaq; cum nimio pugnandi ardore intumescerẽt, & ipsi dirempti sunt. Tertiũ certamen Comitibus de Hẽnenberg, & de Montfort, datũ est, qui cum strenue diu, multumq; certauissent, reliquis paribus locũ cessere. Sic ab oĩbus, quorũ nomĩa excidere, tũ hastis tũ parazoniis fortiter pugnatũ est. Finitis uero pariũ pugnis, Vtraq; utrinq; acies, ut simul concurreret signum expectabat, Classico igit᷑ dato, ĩfestis hinc inde telis irruerunt, Ita forum cũ fractorũ telorum fragore, tum cadentiũ armorum strepitu, crebrisq; quadrupedantum equorũ innitibus reclamabat, ut non ludicrã exercitationem, sed uerũ certamen fuisse crederẽ, ut diremptus pugnandi ardor, recensiti pedites sunt. At Cæsar, quoniã in Diui Stephani, ubi prius conuenerant insignibus militaribus, omnes qui expetebant, donare non potuit. in pegmate, Regibus etiã assidẽtibus, reliquos equites creauit, quorum Rhuteni plures fuere, ex nostris autẽ ut numero impares, ita & rebus

gestis, & doctrinis, & studio nullis postponendi, quos inter STAbium meum, uirum eruditũ, mihiq; & litteris, & amicitia coniunctum, Cæsar, a quo summopere diligitiur, militari etiã ornamento prosequi uoluit, qđ non minori gloriæ Cæsari tribuo, q̃ Scipioni, qui Ennii statuã ut suo sepulchro imponeret iusserat, aut Pollioni, qui Varronis Polyhistoros imaginem in libraria, quã erexerat posuit. aduesperascente aũt die. Postero die, Hyppodromũ celebratum est, Nicolai Comitis de Salm uictores equi Scypho aureo, a Viennen̄. Patritiis, Ciuitatis nomine donati sunt. Sequentes dies cũ chirographis, syngraphisq;, ac diplomatibuus conficiendis, uademq; utrinq;, & prouinciarũ, & Principum præstando præterire intelligerẽ. Epithalamiũ quod ego in Lodouici Regis, ac MAriæ matrimonio, multo ante, triduo effuderã, Vladislao patri Regi, obferendum censui, ingressusq; eius aulam, cum Fratre Sarmatiæ Rege subide loquentẽ, ita breui affatus sũ. QVAE in laudem matrimonii Serenissimi Ludouici, ac Mariæ, tuæq; Maiestatis multo ante triduo exaraui, ut hilari uultu accipias, rogo, atq; supplico. Hæc enim si tibi placuisse intelligam, si quid dabitur ocii, rebus a te sapienter fortiterq; gestis, prælusisse uidebunt. Interim & tuæ Maiestatis, & dulcissimi filii felicitatem opto. Tu ut illi diu superstes sis, Ille tui similis, & uitæ institutis, & rerũ gestarum gloria, uideatur. Hiis breuiter dictis Versiculos cum Epistolii præfatione, obtuli subscribendosq; putaui.

Cursus equorum.

SERENISSIMO PRINCIPI VLADISLAO Boemiæ & Pannoniæ Regi Riccardus Bartholinus Hetruſcus felicitatem.

VT aliqua in parte ſalutandi officio, quod apud Perſas peculiariſſimũ fuit, fungerer erga te Sereniſſime Rex Vladiſlae, quæ triduo a me, & tempuſculo ſubinde interpolato, in matrimonio Sereniſſimorũ principum Ludouici & Mariæ (quod fauſtũ felixqꝫ ſiet) effluxerũt, tuæ celſitudini offerenda cenſui. Atq; carmẽ in laudem tãti coniugii maturius fortaſſe cenſes, a me exaratum fuiſſe, oportere haud profecto inficior, ſed lætitia, quam ex tantorum principum futuro hymenæo conceperam, ita afficiebar, ut multa ſucurrerẽt, quæ ne mihi quidem impenſius cogitanti, oblata fuiſſent, tamen hanc meam meditatiunculam, quæ quã tenuis ſit, non ignoro, ſatis placituram cæteris intelligam ſi tu iucundiſſime Rex pacato uultu accipiens, non aſpernabere.

IDYLLIVM IN MATRIMONIO SERE niſſ. Principum LVDOVICI Regis, ac MARIAE Reginæ.

DVM caligantes terrarum ſummus habenas
Aſpiciet genitor, ſceptriq; cupidine/mundum
Diſtractum uario, & tenui pro limite/clades
Exortas miſeris mortalibus, armaq; ubiq;
Feruere, ſanguinei reſerataq; limina Iani
Errores hominum uarios, curaſq; reuoluens
Humani generis, ſecum ſic Iuppiter orſus
Poſtquam informe chaos, necnon elementa uiciſſim
Aeternum confuſa, in corpora nexa redegi
Scilicet ut medio, penderet in aere, tellus
Vaſtaq; nec fremeret extra ſua littora pontus
Et calidis purus candeſceret ignibus æther
Limitibuſq; ſuis conſtaret mobilis aer. Aurea æ/
Omnia ſic ſtatui paſſim ut communia terris tas.
Eſſent, ut pingues fœtus, & copia rerum
Caſtam alerent hominum, nullo diſcrimine, uitam
Tempore quo agreſti ſtillabat ab arbore nectar
Incolaq;, e ſcopulis hyblæus mella legebat
Sponteq; ſollicitis tellus non peruia raſtris
Aedebat partus cereales, quamq; lyeum
Malebant gentes Acheloiapocula/priſcæ
Paulatim uero lapſa eſt, & decolor ætas Ferrea æt.
Quod fuerat commune datum mortalibus ægris
Partiri cœpit, fallaxq;, & auarus habendi
Creuit amor, paruoq; repertus limes agello eſt Auaritia.
Hic, mea ſunt, inquit, ne tranſi/neue recide

Hunc lucum, inter nos fluuius tu terminus esto
Orbis partitus. Inde orbem inuasit, Nili discrimine longo
Seiunxit Libyam, atq; Asiam, Tanaimq; bicornem
Europæ uoluit fines dare, protinus ipsa
Sic natura, gradus hominum, non conscia recti
Struxit ad imperia, & uigilem ad præcordia curam
Iniecit, Creuere arces, & mœnibus alta
Oppida muniri, & fossis cœpere profundis
Indigetesq; patres, atq; aurea desiit ætas.
Vnde Nini imperium est, hinc bello, illo tenus, orbi
Ignoto Babylonq; furens, & concita Persis,
Cœpit in externos armis prorumpere fines
Quotq; etiam memini Rex imperitauit Amasis
Vrbibus Aegypti, sed ne sequar omnia, tellus
Sic diuisa modo est, regni sic aucta libido
Vt quicq̃ certi non sit, iubet ire peracta
Euganeæ gentis, bello quas occupat urbes
Perfidia mortaliũ. Illato, atq; ignes stupeo quos Austria passa est
Clam missos, & tecta dolis, flagrantia, miris
Sic nusq̃ iam tuta fides, communeq;, fallax
Ne fraterna quidem seruat concordia, regnum.
Ergo ineunda uia est, qua tot discrimina rerum
Tollantur, meliusq; orbis, terræq; regantur.
Pax cœlo æterna est, quando Iouis omnia, mundo
Solus ego imperito, ponto Neptunus, auernum
Dis regit, hoc superest ut & hæc mortalibus ora
Concessa, unius Domini quoq; gestet habenas.
Sic fore decretum est. unum gens omnis adoret
Sic secum, uoluitq; modum, lustratq; potentem
Regnatorem Asiæ, sceptrumq; Sophitidos aulæ

Aegyptiq; urbes, magnæ, dirumq; Serapim
Inde, sub occiduo Tartessia littora sole
Gallorumq; minas regum, ditesq; Britannos
Complectens animo, Belgarumq; inclyta regna
Germanosq; acres bello, sedesq; potentis
Austriadæ, mox Pannoniam, gelidæq; recurrens
Sarmatiæ populos, & quos alit ora Scytharum
Pannonium in puerum tandem defixus inhæret
Hic placet, hunc animo, totum complectitur, alto
Qui magnas orbis terrarum flectit habenas.
Hæc secum, & regiis Belgarum, a sedibus unam
Coniugio elegit stabili, cui mater Ibera
Cæsar auus, fraterq; ingens, quo, sanguine Regum
Præclaro, quisquam non surgit maior, in orbe.
Quicquid in occasu est, quicquid per littora portus
Gesoraci, refugum tangit mare, & alpibus altis
Clauditur interne, Illius sub iura futurum.
Interea absoluet latialis munia belli
Austriades, tumidumq; Adriæ, uictricibus armis
Frœnabit pontum, maioraq; sceptra parabit.
Sic etenim crescens, regnisq; potentibus auctus
Inuenient post fata uiam, qua summere fasces
Terrarum possit, & gentibus imperet orbis
Dumq; ergo imperio mundi, maturior ætas
Crescit erunt olli magni per fœdera reges
Iungendi, inq; uicem celebranda iugalia sacra
Nec mora Iunonem, atq; ortam Tritonide ripa
Arcessit, coramq; deis sic talibus infit.
Cura puella mihi MAria est sata rege Philippo
Pannonio ut puero pulchro iungatur, & altas

CAROLi laus.

Magna Vladiſlai incedat Regina per aulas
Chara faue coniunx, tædaſq; exprome iugales
Tu Pallas puero incumbe, & uirtute parentum
Imbue, daq; armis nullus ſit fortior uſquam
In terris, nulliq;, Deum pietate, ſecundus
Cui ſum terrarum, atq; orbis ceſſurus habenas
Annuit hiis Iuno, at contra ſic talia Pallas.
Tu quæcunq; iubes pater omnipotentis olympi

Alludit ad poema ſuũ

Perficiam, ſi quidem Auſtriadum pepigiſſe recordor
Cum domitos uidi magno ſub Cæſare Boios
Me fore præſentem rebus dextramq; futuris.

Hæc in ultimo Auſtriadũ libro ſcribunt.

Nulla mora hiis dictis, ſeſe ad penetralia confert
Iuppiter, & ſecum quæ ſint peragenda uolutat
Agnoſcebat enim, cauſis ingentibus, ipſum
Ambiri Auſtriadẽ, hinc mors Galli, hinc Itala bella
Diſtractum motu uario, curaq; premebant.

Gurcenſis laudes.

Tunc mentem in Langum uertit, quẽ candida mater
Incrementum ingens, felici prodidit aluo
Atq; ait, hic meus eſt, hunc alta ad culmina rerum
Prouexit uirtus, nam quid memorare neceſſe eſt
Felicemq; ortum, & primæ incunabula uitæ

Ab ortu.

Diuino progreſſa gradu, quod mentis acumen
In puero eluxit, ſtudiorum quantus in illo
Præmaturus amor, quantum profecerit, ipſa
Miratur Pallas, ſiue aſtra, poliq; rotatus

A ſtudiorũ genere.

Seu uim ſigniferi, ſeu res, præceptaq; morum
Inquirat, terræq; amnes, atq; æquora ponti,
Quæq; ſub occaſu gentes ſint, quæq; ſub ortu
Vt fluat Oceanus, quam longo margine tellus
Claudatur, qua parte gelu coit, æquor, & undæ

Nigris inuentus descendat Nilus ab Indis,
Disserit hoc melius nemo, suadela, Venusq;
Sessitat in labris, quo fante pependit in æthra
Ales sæpe, suosq; oblita est incuba, nidos
Diuiniq; animi stupuere, undasq; silentes
Firmatas uidi, atq; auritas currere quercus.
Os etiam sublime datum, posituq; sub alta
Maiestate decor, grauitas, præsentia, motus,
Diis similem efficiunt, quanta experientia rerum
Scit Latium, cui frena dedit, scit Gallia, Iberus
Germaniq; Duces. Verum sub Cæsare, longe
Est uisum melius, cui, tot labentibus annis
Imperii adiutor magni, fidusq; laborum
Est comes. Hunc ergo tanta ad molimina, solum
Eligere est animus, sic fatus abusq; Lycæo
Mercurium accersit, mandatq; hæc protinus olli.
I, nate, & cœlo, sumptis talaribus, alto
Labere, & Augusti sacras te confer ad aulas
Cæsaris, hinc præpes, nusq̃ mora, Pannona Regem
Vladislaon adi, qui connubialia sacra
Inter se celebrent. Nubat MARIA inclyta, pulchro
Virgo, LVDOVICO, tædisq;, undaq; iugali
Ipse adero præsens Diuum pater, & bona Iuno
Sed Lango pia cura, meo data numine, fido
Tractandi hoc munus, tamq; alta negotia Regum.
Sic Iouis imperio magnos astare Tyrannos
Dixerat, extemplo Cyllenius alliger, Alpes
Festinus petiit gelidas, & nunciat ipsis
Regibus, in somno patris mandata Tonantis.
Nec mora, utrunq; subit, tædis coniungere regna

A præsentia.
A rerũ experientia.
A fide.

Irrequietus amor, stabiliq; innectere uinclo
Hic MAriam poscit, contra sibi Cæsar habendum
Esse Ludouicum, nodoq; augenda iugali
Regna putat, pariterq; incessit corda cupido.
Et iam tempus erat, quo lex, & fœdera tanti
Coniugii firmanda forent, exposcit uterq;
Magnanimi curam, peragenda ad munia, Langi.
Exequitur mandata celer, fidusq; minister
Flumine Danubii lata rate uectus, in alto
Vela dedit uentis, coeunt hinc Sarmata, & inde
Pannonius, Reges magni, quorum alter anhelat
Tela inter Moscos uibrare, acresq; Rhutenos
Et magni tumidas superare Borysthenis undas
Alter Turcarum, Mysorumq; agmina fundens
Pacatum statuit regnum, nuperq; senile
Ostendit robur, rabiem, qui marte prophanam
Bellaq; uictrici, strauit seruilia dextra.
Langum ambo excipiunt, faciem mirantur amœnam
Atq; graues pariter gestus, gratiq; uerendam
Maiestatem oris, linguæq; arcana disertæ,
Interea paucis res est transacta diebus
Coniugiiq; fides, utrinq; est pacta futuri
Belgica Pannonio est, sic iuncta puella marito.
Crescite iam pueri, coniuncti uiuite Reges
Iam nitet omnis ager, ridet iam Dædala tellus
Clarius it cœlum, riui lætantur & amnes
Horrescunt plantæ, distillant balsama saxis,
Danubii dant nectar aquæ, pacatus abundat
Ambrosia Drauus, & uernantes Carpathus umbras
Extollit, duroq; fluunt e robore mella.

Crescite iam pueri, coniuncti uiuite Reges
Non sic tardipedi uisa est sibi Cressa puella
Fluctisona in Dia, sic nequicquam Artemisæi
Annua coniugii celebrant solennia Cares
Non sic turritæ, felicia uincla, Cybelles
Grata Deis, minor Alcæo quoq; creditur Hebe
Iuncta, nec Iasio, maior uirgo Attica nupsit.
Crescite iam pueri coniuncti uiuite Reges
Pannon fronde comas, & uernis necte corollis
Intorque Germane comas, & necte corollas
Fescenninorum libertas prodiga passim
Regales intret thalamos, iam Syrmius hospes
Musta cadis relinat, spument Carchesia baccho
Austriaco, saliant iuuenes, & ter pede dextro
Propulsanto solum læti, tria nomina fantor
Quæ cœlum, pontumq; regunt, terrasq; profundas.
Crescite iam pueri, coniuncti uiuite Reges
En mundi uoua signa meant, nouus erutus ordo
Nescio quid maius cœlum promittis, habenis
Vladislae tuis, iam canos ungue capillos
Et tædas adole pingues, seruileq; bellum
Excidat exanimo, quod tu uirtute, tuoq;
Sedasti ingenio, pauloq; relaxior insta
Lætitiæ, & thalamum, tua concinat aula, futurum.
Crescite iam pueri, coniuncti uiuite Reges
Frater ades sacris, & bello solue phalanges
Sarmaticas, patere indomitos errare Agathyrsos
Da ueniam Mosco, Scythicosq; relinque Rhutenos
Paulisper, dum læta dies, dum lætior annus,
Dum ridet cœlum, atq; aer nigra nubila ponit,

Frater ades, tædæq; ſacræ pius omina firma.
Creſcite iam pueri, coniuncti uiuite Reges
Per te etiam Cæſar, pugnax dum parturit, ingens
Bellum animus, Venetũq; minas, dum cura domandi
Maturatur, eat lux formoſiſſima, Diuum
Munere conceſſa, & magnos paritura triumphos
Liberior, ſceptri nec maieſtate retentus
Indulgeq; iocis, mellitaq; pocula ziti
Spumanteſq; hauri nigro crateras hyacho.
Creſcite iam pueri coniuncti uiuite Reges
Vos ambo, quorum diis magnis cura remanſit
Virgo, puerq;, tuum factis imitabere patrem
Tu prior, ipſa tuæ uideare ſimillima matri
Iuno faue dictis, tibi uincla iugalia curæ
Atq; Maritales ſit Regum adoleſcere tædas.
Currite felices parcarum currite fuſi
Sit lætus quicunq; dies, nucibuſq; relictis
Dum iuuenilis amor feruet, dum pronuba Iuno
Aſpirat, caſtamq; uenus ſecat aurea zonam
Alma puella, puerq; o terq;, quaterq; beati
Caſte adeunto thorum, & caſte celebranto hymenæũ
Sic nati natorum, & qui naſcentur ab illis
Perpetuo regno, ſolioq; fruantur auito.
Currite felices parcarum, currite fuſi
Ecce noua imperia, & rerum incrementa parantur
Sub ueſtrum, quæcunq; uidet Sol aureus ortu
Quæq; ſub occaſu, ſceptrum uentura, deorum
Auguror officio, uenient ſene patre, Alitambi
Incultiq; Scythæ, Parthiq;, & diſcolor Indus
Obſequio, cum ſceptra potens ſua Cæſar ad unum

Transferet, illiusq; manu tractabitur orbis.
Ergo dum rerum crescit maturior ætas
Currite felices Parcarum, currite fusi.

Itaq; hosce uersiculos cũ obtulissem Adoros abii, nugæ, nam Principum fores, pedibus (ut aiunt) non manibus pultandæ. Iam sextæ augusti Kalendæ aduentabant. Iam felicissima albicabat dies, & nitido signãda lapillo, qua pax æterne, fœdus perpetuum, affinitates immortales, promulgarent. Itaq; cum Cæsar semper Augustus, Vladislaus Pannoniæ, Sigismundus Sarmatiæ, Ludouicus Boemiæ Reges, in arce cõuenissent, atq; interim de rebus magnis sermo haberetur, fœderis ꝓmulgatio ad uesperam dilata. Quamobrẽ accensis cæreis sic res acta est. Cardinales Strigonieñ Gurcensisq; aderãt, sed Strigonieñ, ob ætatẽ, munus impositum, ut fœderis uerba faceret. qui ita exorsus est. Sacratissime Cæsar, Serenissimi Reges, Felicissimus dies tandem aduenit, in quo, inter uos perpetuum fœdus, immortalisq; amicitia confirmaretur Itaq; quod faustum & felix sit, uobisq;, regnis uestris, & Christianæ reip. profuturꝶ. Si pax, fœdusq; ut inter uos tractata sunt placent, & uerbis nunc confirmate, & dextras inuicem cõplectimini. Cum ergo lætis animis & annuissent & confirmassent, ita dextras coniunxerunt. CAESARIS dextrã primus VLADISLAVS complexus est, inde SIGISMVNDVS, tertio LVDOVICVS Reges. Rursus VLadisllai dextrã SIGismundus frater & Ludouicus filius cõplexi sunt Tertio Ludouicus SIgismundusq; dextras cõiunxere

Dãnat Prĩcipes sui tẽporis.

Dies fœderis promulgati.

Strigonieñ uerba pro fœdere.

tanto omnium applausu hæc acta sunt, ut neq; cogitari, neq; referri gaudium possit, hæc paulo secretius, Inde ut omnes, q auidissime expectabant, palam, Cæsaris, Regumq;, fœdus inrelligerent. Ex Podio Syngraphum & Latine, & Germanice sic recitatum est.

Formula itẽ fœderis

QVOD faustum felixq; siet Nobis, ac Christiano orbi, Sacratissimi MAXIMILIANI Imperatoris, Serenissimorumq; Regum VLADISLAI SIGISMVNDI, ac LVDOVICI fœdus, perpetuum, amicitiamq; contra infideles, atq; hostium communiũ internicionẽ initam confirmatamq; denunciamus. Quibus perlectis, ferit aurea sydera clamor, Tympana perstrepũt, Tubæ clangunt, Senes, Iuuenes, Innuptæq; puellæ, Tum Ciues, tum externi, felicissimo rerum exitu læta bundi per urbem discurrebant, festa ubiq;, diuersarũ gentium gratulatio haberi uidebat̃. Postero die Cæsar, Regesq; mutuis niuicem muneribus certauerunt.

Dona Cæs Regumq;.

Gurcensem, Sarmatiæ Rex Megaloprepes, Scyphis Anaglipticis tribus, duobus crateris aureis. Totidẽq; Zebellinorum quadragenis (sic enim appellant) donauit, omnesq; propterea Oratores, uirosq; a secretis, amanuensesq; Cæsareos, aut holosericis, aut pecunia prosecutus est. Contra nulli aulicorum Panoniæ. Sarmatiæq; quin prius, a Cæsare basilice donati fuerint, recessere. Verum hæc prosequendi nec meum institutum est, nec si uellem, præ multitudine munerum ac magnitudine compos incepti operis fierem. Tantũ hoc tradendum memoriæ est Cæsarẽ MARIAE Nepti Crucem (cuius superius memini) uiginti miliũ ducatorum elargitum esse. Regem uero Sarmatiæ zebelli

norum pellibus trium milium ducatorum pretio Im/
peratorem donauiſſe. quis uaſa aurea, argenteaq;? qs
ſcyphos, Gutturnios, Anciliaq; toreutice figurata ar
te enumeret? quis ueſtes purpureas, dibaphas, latoſq;
principum uirorum clauos, puellarum patagia, mili/
tariaq; paludamenta feliciter proſequatur. Quare ſit
ſatis hoc in uniuerſum meminiſſe, Cæſarem qui &
Reges ſuis aluit ſumptibus ſupra ducenta mi lia
Rhenenſium impendiſſe. Itaq; rebus auſpicatiſſime
cōfectis perendino die IMperator & Ludouicus Rex
graui ambo armatura tecti nouam ciuitatē, quo, cæte
ri Reges poſtridie uenturi erant, petiere, Illhuc ſequē
te die cū omnes conuenirent biduū inſumptū eſt, cōpo
ſitiſq; examuſſim rebus, abeūdi tandem utrimq; uenia
impetrata eſt, ubi tot lachrymæ effuſæ ſūt, ut minus
Niobem in Sypilo lachrymari crediderim, Nam Vla
diſlaus ANNAM filiam, delicias ſuas, ſolatiumq; ac
ſenectutis præſidium relinquere grauiter ferebat, Illa
effuſis iam deuicta lachrymis, non ſolum paterni do/
loris, ac ſenii miſereſcebat, ſed & crebro fratris. qui
paulo ante dixerat, malle mori quam ſine ſorore ui/
uere, ſingultu, ac mœrore ita afficiebatur, ut tota in la
chrymas euaneſcere uideretur, Sic cum diu manſiſſēt
datis, mutuo dextris VLAdiſlaus. LVdouicuſq; Re/
ges, relicta apud Cæſarem ANNā, in Pan noniā redi
ere, SIGISMVNDVS Viennā, ut inde paulo poſt
in Sarmatiam abiret, reuerſus eſt,

AD LECTOREM.

QVod pollicitus sũ ab initio in parte me prestitisse arbitror, tamẽ non inficior, tantæ rei magnitudinẽ, & uberius, & sublimius, dictionis genus poposcisse, Nã ea, quæ magnifice, excellenterq; gesta sunt, nisi eorũ dignitatẽ, atq; amplitudinẽ uerbo℞ cultu, atq; ornatu prosequare, idem contingat necesse est, ut pro Elephã to Culicem depingas, atq; ea dum legũtur magis risũ quam admirationem afferunt, ac tantum abesse arbi-tror ut res illustres, inerudite, incompteq; scribi debe-ant, ut etiam cultissim9 in iisdem ornatus requiratur alioqui & nos iudicio caruisse censeremur, & facta di-ctaq; memoratu digna in tenebras a nobis coniici, ne-dum illustrari uiderentur, Quaquidem in parte uideo complures errare, quippe qui, magis uernaculis suis & iisdem indoctis non citra famæ iacturam, consulere q̄ rerum præstantia sũma cum laude prosequi uelint sed de hoc eruditi iudicent, Interim lectorẽ admonitũ uolo, ne minutissima quæq;, a quibus nõ ignarus pedẽ retraxi, & iisdem immorari, non nisi ingenio abutentis est, requirat, Nomina ãt ut alibi prefatus sũ ut cuiusq̄ lubido erit. resarciendi, mutandiue ædicto publico, li-bertas esto, Nam ipsam rerum seriem q̄, propriam quorumcumq; Nomenclaturã prosequi, maluimus.

Gaſpar Vrſinus Velius.

Quam bene Mæonius celebrauit Homerus Achillē,
Quam bene & Aenean cantat ubiq; Maro.
Tam canit Auſtriadæ bene Cæſaris acta Ricardus,
Scribendi graphice cultus utraq; uia.
Felix Aeacides, felix Anchiſiades Tros,
Felix Auſtriades terq; quaterq;, pius
Contigerunt merito magnis, magno ore locuti
Vates, æterni carminis artifices.

IOachimi Vadiani Heluetii, ad Ric.

Cæſaris & Regum ſi quid monimenta merentur
Quæ Ricarde tuus tollit ad aſtra labor.
Iuſta tibi famæ merces accedet, & addent
Priuato meritum grandia geſta decus.
Lecta adeo rebus componis uerba, ſuoq;
Quodcunq; eſt nuſq̃ non ſinis eſſe loco.
Arte quidem: nam ſæpe ſolent parua illa uideri
Verborum incompta quæ leuitate fluunt.

Rudolfus Agricola Iunior.

Hoc lege lector opus, non hoc eſt uerius ullum,
Quodq; animo poterit gratius eſſe tuo.
Siuē ſtilum uideas, ſeu geſta negotia regum,
Omnia uel Criticis ſunt placitura malis.
Ad malum ſiquidem uere exorditur ab ouo,
Et docte & proprie ſingula facta docet.

A quinta, Sancti Leopoldi lege Vuolfgangi. eadē ode ratissimis herbis, odoratissimis. vi, cautesq; tā cerbri, crebræ. B ii ieiunā fuisse orem, orationem. iii diu obsſam, obsessum. iiii qui ad conuetū pruchiū, conuentū C i Cuspinianū uirū litteratū Posoniū misit lege Cuspinianū uirū &c. ac Vuolfgangū Hamerl Posonium misit. itē supra ubi treis legit, repone q̄rtuor. itē ut uenientem exciperet, exciperent. D. i Cæsar cū Cruciferis, quia germani sunt, tu lege cū Pruthenis qa germanum nomen. eodē cesio lege cisio. eodē, ut postero die magnis itineribus proficiscerentur, destinauit legendū est. ii, demolibant ꝑ permolibant. eodē, sed consultādo, sed dum illi consultando. E Cætera consili excellunt animiantia uitam. debet reponi post uersum Excolere æternū &c. G, iii uertice, uortice. H, iii se ponere, seponere. iiii sunt sunt. I, decem ut arbitror passuū latitudine nisi ad uulgarē dimēsionē referas, quiq; passuū legendū ē. L, ii, intelligent, intelligeret, & inibi expilarent ꝑ expilaretur. Herutius ꝑ Herneſtus. H iii, conuiuæ fuerant, fuerunt. diuesti, diuerti legendū. I, iiii pone Gurcensem ꝑ Gurcensis. episcopi tres sequebant̃ reginonen̄, quē nunc Ratisbonen̄, legendū est. percontor, percunctor. K, ii ut pote hesternæ, ut pote qui hesternæ. K iii concinnius diffuderit, orationem diffuderit. xeitiū, exitium. K iiii, una cum magnis ducibus, una cū oratore Anglico. ac magnis ducibus. triginta milia ducatoꝝ triginta milium. ꝑgrederemur progrederētur. L ii, rubea paludamenta, rubra. M, ii, ralata, relata. hispanarū, hispaniarū. expedionē, ex/

peditionē. M iii, anguſti, auguſti. eſſe, eſſem. Sarmtiæ Sarmatiæ. O ii, ac uulnere, ad uulnera. iiii, eruditos quoſq;, eruditos bonoſq;. pa. ii horū uerborū, uerborum dele. P, turnea duplex, turma. framæis frameis P ii, Hetruſcus peruſinus, exaratū fuiſſe oportere, ibi ſit punctū. iii, æter æther. iiii. flectit habenas, flectat Regiis, regis. auſtriadū, auſtriados.

IOANNES STAbius Hiſtoriographus Cæſareus cum Itinerarium Reuerendiſſimi Cardinalis Gurcenſis, Sacratiſſimiq; MAXIMILIANI Imp. ſemper Auguſti, ac Sereniſſimorum VLADISLAI SIGISMVNDI, & LVDOVICI Regum conuentū a Riccardo Bartholino nuper ædita, ut accurate impenſis Ioānis Vuideman ciuis Auguſteñ. imprimerēt mandauerit, omnes admonitos uelit, ne quiſpiam in decem annis uigore ſui priuilegii, a die æditionis, ſequentibus imprimere audeat, ſub pœna amiſſionis librorum impreſſorum & decem marcarum auri puri.

Hieronymus Vietor hoc opus impreſſit Viennæ, Impenſis Ioannis Vuideman Auguſteñ. quod impreſſioni xiiii kaleñ. ſeptemb. datū eſt, abſolutum uero, Idibus Septēb. Anno Dom̄. MDXV.